lis de eo vates Eſaias predixerat ex pſo-
na ipſius chriſti dicens. Spiritus domi-
ni ſuper me propter quod vnxit me euan-
gelizare pauperibus miſit me predicare
captiuis remiſſionem ⁊ cecis viſum. Nec
ſolum Eſaias diuinis hec predixit ora-
culis: ſed ⁊ dauid ſimiliter inſpiratus teſta-
tur de chriſto dicens ad ipſum chriſtum.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga
equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſti-
tiam et odiſti iniquitatem: propterea vn-
xit te deus: deus tuus oleo letitie pre cõ-
ſortibus tuis. In quibus verbis primo
quidem eum euidenter deum deſignat.
Secundo vero per equitatis virgã ſce-
ptrum in eo regale commemorat. Poſt
vero etiam qualiter chriſtus effectus ſit
indicat dicens: quod vnctꝰ ſit deus a deo
non oleo communi ſed oleo letitie. Nec
ſicut participes ſui: ideſt illi qui in ima-
gine preceſſerãt ſed pre participibꝰ ſuis.
Oleum vero letitie in ſacris volumini-
bus intellectu myſtico ſpiritus ſanctus di-
gnatur.

I ¶ Sed et de pontificatu eius. Idem
dauid alio in loco tale aliquid archanis
ſignat eloquijs tanq̃ ex perſona patris
de filio pronuntiantis. De ventre inquit
ante luciferum genui te. Iurauit domi-
nus et nõ penitebit eum: tu es ſacerdos
in eternum ſecundum ordinem melchiſe-
dech. Hic autem melchiſedech in diuinis
voluminibus ſacerdos fuiſſe ſummi dei
refertur: ſed qui non oleo communi pun-
ctus ſit: neq̃ qui ex ſucceſſiõe generis ſu-
ſceperit ſacerdotium ſicut apud hebreos
fieri mos erat. Et ideo ſecundũ ordinẽ ip-
ſius ſacerdos futurus dicitur. chriſtus
qui non olei liquore: ſed virtute celeſtis
ſpiritus conſecretur. Idcirco deniq̃ cum
multi apud hebreos oleo in hoc ipſum ſo-
lenniter conſecrato vncti ſint chriſti et ſi-
ue reges ſiue prophete ſiue etiam pon-
tifices per hoc fuerint inſtituti: nullus ta-
men ipſorum vel genti vel diſcipulis aut
ſectatoribus ex ſuo vocabulo nomen da-
re potuit: ⁊ appellare diſcipulos chriſtia-

nos niſi hic ſolus qui verus eſt chꝛiſtus
et non oleo humano ſed pater non ſpiri
tu perunctus. Hic ſectatoꝛum ſuoꝝ po=
pulos ⁊ vniuerſam per totum mundum
ſui nominis gentem ex veri chꝛiſti voca=
bulo appellari fecit perhenni nomine
chꝛiſtianos.

K ¶ Si igitur vnde genus ducat chꝛi
ſtus requiris: et eius autoꝛem rimaris
qui autoꝛ eſt omnium audi quid oꝛacu=
la diuina per dauid magnificentiſſimū
vatem ex perſona ipſius ſummi patris
loquantur. Sicut ⁊ paulo ſuperius me=
moꝛauimus. De vētre inquit ante luci=
ferum genui te. Et quāuis vētris appel
latio in eo qui recte incoꝛpoꝛeus credit
conuenire minime videatur: tamen tro
picis ac myſticis legibus hoc eſt quod
indicatur quod non extrinſecus et aliū=
de ſubſtituerit filiū pater: ſed ex ſemet=
ipſo: ac ſi dici poteſt de interioꝛibus ſuis
vt hoc ipſum ſit ille qui natus eſt quod
eſt ille qui genuit. ⁊ ne adoptionis lege
extrinſecus videatur aſſumptꝰ ſed quā=
tum appellatio ventris intelligi ſugge=
ret ſalua reuerētia incoꝛpoꝛalitatis in=
trinſecus editus deſignetur veritate na
ture quod vero ait ante luciferum ante
mundi et ante totius creature deſignat
initium.

L ¶ Diſtinctio ſane inter verum chꝛi
ſtum ⁊ imaginarios illos qui pꝛius pꝛe=
ceſſerāt que habeatur euidens in hoc
iudicium datur. quod illi pꝛioꝛes chꝛiſti
nulli pene: niſi genti ꝓpꝛie: cogniti ſunt:
Huius autem veri chꝛiſti non ſolum no=
men: ſed et poteſtas et regnum per om=
nes nationes et per vniuerſum oꝛbē ter
re diffuſum: non ſola cognitione vocabu
li: ſed ⁊ diuinitatis cultu ac religionis re
uerentia conſecratum eſt. In omni nāq̄
terra tanq̄ verbum ⁊ ſapientia patris.
tanq̄ deus ⁊ dominus chꝛiſtus ieſus co
litur ⁊ adoꝛatur. ſicut diuinum de eo ꝓ=
nunciauit eloquium dicēs. Quia in no=
mine ieſu omne genu flectatur celeſtiū
terreſtrium ⁊ infernoꝛum. Et omnis lin
gua confitebitur: qm̄ dominus ieſus in
gloꝛia eſt dei patris. Unde nō ſolum po=
teſtas eius ⁊ regnum: ſed et affectus et
amoꝛ tantus de eo credentium mentibꝰ
inoleuit: vt etiam animas ponere pꝛo
nomine eius ⁊ ceruices ſuas perſecuto=
rum gladijs non moꝛientur obijcere: dū
modo ſacroſancta apud eos nominis
eius fides et reuerentia conſeruetur.

¶ Nec interim nobis neceſſario narra=
tionem rerum pꝛeceſſerint quam perſe=
qui inſtitutus in quibus oſtendetur no
men chꝛiſti ieſu domini ac ſaluatoꝛis no=
ſtri non nouelle appellationis alicuius:
aut ex carnali natiuitate ſed a deo ipſo
oꝛiginem ducere.

M ¶ Quod autem recentis vocabu=
li xp̄ianoꝝ gens videtur ⁊ ritus obſeruā
tie eius nuꝑ exoꝛtus: q̄d etiā hec ip̄a no=
uitas in ſe vetuſtatis contineat oſtende
rimus. Antiquiſſimū pre omnibus fere
gētibus hebreoꝝ genus haberi puto ꝙ
nulli videatur dubitandū ⁊ quod apud
ip̄am gentem ſecretioꝛ quidam religio=
nis cultus ⁊ obſeruantia diuinis mādā
ta voluminibus contineatur. In quibus
etiā de nonnullis iuſtitia ⁊ pietate pꝛe=
dictis viris refertur: quibuſdam quidē
qui ⁊ ante diluuiū fuerunt: alijs autem
⁊ poſt diluuium. In quibus de noe atq̄
eius filijs omniq̄ pꝛoſapia ſcribit ⁊ vſq̄
ad abꝛaam pꝛotenditur quem parentē
gentis hebꝛeoꝛum conſtat extitiſſe. Oēs
ergo illos qui ad abꝛaam ſurſum verſus
vſq̄ ad pꝛimū hoiem gn̄ationis oꝛdine
conſcribuntur: ⁊ ſi non nomine rebus ta
men ⁊ religione xp̄ianos fuiſſe ſi quis di
cat non mihi videtur errare. Cum enim
nomen xp̄iani hoc indicet ꝙ xp̄o quis cre
dens per eius doctrinam fidem pietatē
ac iuſtitiā teneat: ⁊ ſtudijs diuine inhe=
reat ſapientie: atq̄ omne qđ ad virtutē
pertinet exequatur. Si igit̄ hec ſunt q̄ a
vocabulo xp̄iani nominis inducantur et
vere eū religionis ſectatoꝛem deſignāt.
Hoc erant etiam illi ſancti de quibus ſu
pꝛa diximus viri quod chꝛiſtiani nūc eē
pꝛofitentur. Neq̄ enim aut coꝛpoꝛalis
eius inerat circunciſio aut obſeruatio
ſabbati. ſicut nec nobis quidem aut vl=
la de ciboꝛum obſeruatione religio. vel
cetera que poſterioꝛibus per moyſen fi=
guraliter magis ⁊ myſtice obſeruanda
traduntur. Cū igit̄ abſq̄ his oībꝰ obſerua
tiōibꝰ fuerit religioſi illi q̄ꝝ ſupꝛa memo

rauimus viri ſecuti autem ſint fidem ei⁹
quē nos nūc ſequimur xp̄i quē frequēter
apparuiſſe eis ⁊ docuiſſe vel nouiſſe ea
que ad fidē ⁊ pietatē pertinent in ſupe=
riorib⁹ approbauimus: quomō dubita=
batur ab illis cepiſſe ⁊ ab illis eſſe dedu
ctam huius gentis originem: qui ⁊ eūdē
dominum autorem ⁊ ducem vite ſeque=
bantur ⁊ in ſimili religionis obſeruātia
perſiſtebant. Intantum denicꝫ hec in il=
lis premiſſa ⁊ preformata religio eſt: vt
ne ipſo quidem nomine quod certe ſolū
differentiam facere videtur habeantur
alieni. Sed ⁊ ipſos iam tunc non xp̄ia=
nos. ſed ⁊ chriſtos eſſe appellatos diui=
na teſtantur eloquia. Dr̄ eīm de illis ex
pſona dei ad alienigenas gētes. Nolite
tāgere xp̄s meos ⁊ in pphetis meis no=
lite malignari. Hec cum de abraā: ⁊ de
illis q̄ per illud tēpus ad dei cultū perti=
nebant dicta referant. euidētiſſime ⁊ lu
ce clarius in ip̄is ⁊ ante ipſos chriſtiano
rum genus iā tūc fuiſſe: ⁊ omnē tenuiſſe
pietatis ac religonis obſeruantiam de=
ſignant: quā nūc per aduentum carna=
lis p̄ntie xp̄i per oēs gētes cōmunicatā.
⁊ in omnibus impartitā nationibus cō=
ſtat. Quo ſapiētie pietatiſcꝫ theſaurus
qui velit intra anguſtum conclaue pro
raris quibuſcꝫ cultoribus tenebat vni=
uerſum mundum fidei ac religionis pro
fuſione ditaret. Et quod prius viritim
prebebatur. nunc ſimul ⁊ ſubito genti=
bus integris ⁊ populis ac nationib⁹ in=
geratur. Quod ita futurū diuina inſpi=
ratione proſpiciens quidam eximius p
phetarū ſtupore mentis attonitus cum
admiratione exclamat ⁊ dicit. Quis au
diuit talia ⁊ quis locutus eſt ita. Si pe=
perit terra in vna die: ⁊ ſi genita eſt gēs
de ſemel. Et ita in alio loco de his ip̄is
ꝙ ſermo diuinus gentē pturiendā eſſe p̄
dixerat ꝯteſtaṫ ⁊ dicit. ĳs aūt qui ſeruiēt
mihi vocabitur nomē nouum. qđ bene=
dicetur ſuper terras: autē ita nouū no=
men ꝙ chriſtianorum vocabulum genti
bus datum eſt. Nouū autem dicit nomē
nuper diſperſum non nuper inuentum.

N ¶ Uerū ⁊ hoc ip̄m ita futurum et
hanc benedictionem nominis ac fidei oī
bus eſſe gentibus largiendam. nequa=
quam diuina oracula ſiluerūt. De ip̄o
namcꝫ abraam dum adhuc eſſet in pre=
putio cōſtituturus. dicit ſermo diuinus.
Credidit Abraam deo ⁊ reputatum eſt
ei ad iuſtitiam: ⁊ amicus dei appellat⁹
eſt. Credidiſſe ergo refertur ei quem ap
paruiſſe frequenter: ⁊ inſtruxiſſe eū que
ad pietatem ⁊ religionem pertinent: ſu=
pra edocuimus. Chriſto ſcilicet per quē
omnia conſtare que geſta ſunt ⁊ gerēda
ſepe probatum eſt. A quo etiam ad ip̄m
abraam reſponſa huiuſmodi deferūtur.
Et benedicentur inquit in te omnes tri=
bus terre: ⁊ iterum. Faciam te ingentē
magnam ⁊ multam. Et benedicētur in
te omnes gentes terre. In quo euidēter
exprimitur ꝙ ille cult⁹ atcꝫ illa fidei gra
tia. que tunc abrae ⁊ paucis illis qui ad
id temporis fide ⁊ pietate inſignes erāt
concedebatur. poſtmodum per omnes
gentes ac per omnes terras: eſſet bene=
dictionis titulo per diuinam gratiā lar=
gienda. Certū namcꝫ eſt ꝙ ſicut ille cre=
dēs ei qui ſibi apparuit iuſtificatus eſt:
⁊ paternis ſuperſtitionibus repudiatis
ac ſpretis: dei veri p̄cepta fide atcꝫ ope=
ribus executus eſt: ⁊ p̄ hoc ei diciṫ q̄ be=
nedicentur in te oēs tribus ⁊ gentes ter
re. Ita ⁊ chriſtiani fide atcꝫ operibus id
agunt vt paterne ſuperſtitions errore
depulſo: ſequantur deum quem ſecutus
eſt abraam: vt ex ſimili fide eius viuificē
tur ſicut viuificatus eſt abraam. Quid
igitur obſtat: vt non vna atcꝫ eadem re=
ligionis obſeruantia deputetur in ĳs in
quibus vnam atcꝫ eādem fidei atcꝫ ope
rum eſſe conſiſtit formam: ⁊ ideo non no
uella necꝫ peregrina eſt chriſtianorum
religio: et nuper exorta. Sed ſi fas eſt li=
bere indicare qđ verum eſt. prima om=
nium atcꝫ ab ipſa ſimul mundi origine
ac natiuitate deſcendens: eodem chriſto
deo doctore ⁊ inſtitutore iā inde ab ini=
tio ſpeciem formamcꝫ ſuſcipiens. Et de
his quidem iſta ſufficiant.

¶ Uerum poſtea quam conſequēter ea
que hiſtoricam narrationem debuerāt
anteire premiſimus ſupereſt iam vt ⁊ a
corpali p̄ſentia dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri. ⁊
de his q̄ deinceps geſta ſunt velut itine
ris noſtri aggrediamur exordiū. Ipſum

omnipotētē verbi patrem deum ſʒ ⁊ ipſū cuius res geritur ieſum chriſtū dominū ac ſaluatorem noſtrum celeſte dei verbum adiutoriū ⁊ autorem narrationis noſtre precibus inuocantes.

¶ Capitulū.ij. de tempore natiuitatis chriſti ſecundum carnem.

Bit ſecundo et quadrageſimo imperij ceſarꝫ auguſti āno ab egypto vō ſubiugata:⁊ Antonij ⁊ cleopatre interitu:in quē nouiſſima ptolomeoꝝ apud egyptū regna ceciderūt. Octauo ⁊ viceſimo autē nr̄ dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s:prima aſcriptiōe cēſus cyrino ſyrie p̄ſidēte: ſm ordinē toti⁹ pphetie q̄ de ipſo predicta eſt:in bethleē iude oppido naſcitur. Hunc aūt ſyrini tpib⁹ habitū cēſum etiā ioſephus illuſtris hebreoꝝ hiſtoriographus memorat annectēs huic narrationi:etiā galileoꝝ hereſeʒ hiſdē exortā eſſe tpib⁹. De qua apud nos Lucas in actibus apoſtoloꝝ meminit his verbis.

¶ Cap.iij. de iuda galileo ⁊ theoda.

Oſt hūc inquit ſurrexit Judas galile⁹ in diebus conſcriptionis cenſus et aduertit populū poſt ſe:ſed ⁊ ipſe perijt ⁊ oēs qui credebāt ei diſperſi ſunt. De his autē ipſis ioſephus de quo ſupra diximus in hiſtoria ſua octauodecimo antiquitatū libro hoc modo memorat. Cyrinus aūt vir vn⁹ ex ꝯſenſu curie romane p ſingulos magiſtratus:vſqꝫ ad gradū conſulatus aſcēdēs:inter cetera quoqꝫ honorabilis cū paucis ſyriā venit: a ceſare ius dare gētibus miſſus:⁊ cēſor ſimul patrimonioꝝ futur⁹. Et poſt pauca ait. Judas vō gaulanites vir de ciuitate gamala:ſed ducum quēdaʒ phariſeum aſſumens magnopere videbat ſollicitare plebem:aſſerēs eis qȝ a ſcripto cenſus nihil aliud q̄ aptiſſimā imponeret ſeruitutem. Simulqꝫ hortabat gentē ſuam:ne perderet libertatem. Sed et in ſecūda hiſtoria iudaici belli:de hoc ipſo hic ſcribit. Quo in tpe inquit vir quidaʒ galileus iudas noīe ad diſſentionem populos cogebat peſſimū fore eis perſuadens:ſi acquieſcerent ſoluere tributa romanis ⁊ poſt deum mortalem ſuſciperēt dominatum hec ioſephus.

¶ Capitulū.iiij. de herode qui ex alienigenis venit ad regnum.

Er ideꝫ tēpus herodes primus ex alienigenarum genere ortus:regnū iudaice gētis obtinuit. Et in ipſo completur prophetia quaʒ moyſes ante p̄dixerat.ꝙ non deficeret princeps ex iuda:neqꝫ dux de femorib⁹ eius:vſqꝫ quo veniret cui repoſitum eſt.

A ¶ De quo etiam idem pronuntiat Moyſes ꝙ ⁊ ipſe ſit expectatio gentium. Imperfectus nāqꝫ preſagij huius pēdebat euētus. donec ſub ꝓprie gentis principibus regerentur. Qui incipientis ab ipſo Moyſe qui hec p̄dixerat vſqꝫ ad auguſti imperium perdurarunt quo in tēpore primus vt ſupra dixi herodes externi generis vir:a romanis iudeorum ſuſcepit principatum

B ¶ Qui herodes (ſcd̄m ea quidē que ioſephus tradit) ex idumeorum gēte paternum genus:ex Arabū vero materni ſanguinis originē deducebat. Affrican⁹ autem:qui ⁊ ipſe precipuus in hiſtoriographis habetur aiūt (inquit) qui de eo diligentius explorarunt:antipatrē quēdam patreʒ eſſe herodis aſcalonite: qui ⁊ ipſe fuerit herodis cuiuſdā filius templi Apollinis editui. Hic ātipater ab idumeis latronibus captus admodū puer pmanſit cum predonib⁹:pro eo ꝙ pater eius rei familiaris inopia filium redimere nō valeret. Uerū puer latronū vita et morib⁹ inſtitutus poſtmodum hircano cuidā iudeorum pontifici familiaris effic itur:ex quo naſcitur herodes hic q̄ ſaluatoris tēporib⁹ fuit. Hec Affricanus.

¶ Capitulū.v. ꝙ herodis tempore interrupta ſit regnū ſucceſſio ſcd̄m Danielis prophetiam. A.

Bitur cū in hominem externe gentis iudeorum deueniſſet imperiū:imminebat ſine dubio etiā illa

propheticis predicta vocibus expectatio
gentium. Quippe cum defeciſſent apud
eos ab origine ipſi⁹ Moyſi ſceptra prin=
cipum regumq; ſucceſſio. Prius enim q̃
in captiuitatem Babylonie ducerentur
regnauit apud eos Saul primus: ⁊ inde
Dauid. Nam ante reges a iudicibus re
gebãtur: qui poſt Moyſen et Jeſum ſuc=
ceſſorem eius: gentis illi⁹ tenuerant prin
cipatum. Poſt reditum vero de babylo=
nia nõ defuere eis gubernacula diſcipli
nis optimis inſtituta. Per pontifices et
eni rerũ ſumma gerebat donec põpeius
⁊ romanoꝝ magiſtratus adueniẽs hie
roſolymam: vrbem quidem romanis ar=
mis oppugnaret ⁊ caperet. Sancta vero
et ſacratiſſima queq; templi pollueret:
ita vt ne ab ipſis quidem abditis ingreſ
ſum temperaret hoſtilem. Cum vero qui
p auitam ſucceſſionez per idem tempus
regno ſimul ⁊ põtificio fungebatur. Ari
ſtobolum nomine: victum cum liberis ro
mam miſit hircano fratri eius pontifi=
catum relinquens. Omnem vero iudeo=
rum gentem ex illo tempore tributariaz
romano fecit imperio.
B ¶ Sed hircano in quem vltimum iu
deorum gentis pontificatus fuerat de=
uolutus a parthis capto: primus ſicut
ſupra dixi externi generis vir herodes
per ſenatuſconſultum Auguſto imperã=
te: iudeorum gentis adipiſcitur guber=
nacula. Sub quo imminente iam ſalua=
toris aduẽtu etiam ſalus gentium et vo
catio expectata ſm ea que prophete pre
dixerant conſecuta eſt. Ex quo vtiq; tem
pore interrupta ſucceſſionis ſerie ducuz
vel principũ qui de iude femorib⁹ deſcen
debant. Conſequenti ratione ordo quo=
q; ſacerdotij ab auis et proauis indecli=
nabiliter currens repente confunditur.
habes et de his idoneũ teſtẽ ipſum ioſe=
phum qui indicat herodez poſtq̃ regnũ
ſibi iudeorũ a romanis conceſſum eſt: nõ
iam ſcdm generis ordinem conſtituiſſe
pontifices ſed ignobilibus quibuſque ſa
cerdotia permiſiſſe. Similia quoque in
ſacerdotibus ordinãdis egiſſe etiam ſuc
ceſſorem eius archelaum refert. Poſtq̃
iudeorum imperiuz dicit recepiſſe roma
nos. Idem ipſe ioſephus indicat q etiaz
ſacram veſtem pontificis ſummi hero=
des occluſaz ſub ſignaculo ſuo tenuerit:
nec vnquam pontificibus vſum eius po
teſtatemue permiſerit. Hoc idem ⁊ ſuc=
ceſſor eius archelaus. Hunc et romani
moram poſt ipſos pontificalis iniurie te
nuere. Hec autem dicta ſint nobis ap=
probare volentibus veritatem: prophe=
tie que in aduentu domini noſtri et ſal=
uatoris impleta eſt. Sed ⁊ apud Danie
lem prophetam euidenter numerus ſe=
ptimanarũ: qui vſq; ad chriſtum ducem
futurus deſignatur implet⁹ eſt. De qui=
bus in alijs locis expoſuimus. Poſt qua
rũ ſeptimanarum conſummationez abo
lendum eſſe chriſma: quod apud iudeos
ſacratiſſimum ſeruabatur: idez prophe=
ta deſignat. Quod quidem manifeſtiſſi=
me eo ipſo tempore quo dominus noſter
ieſus chriſtus aduenit: probatur imple=
tum. Hec autem a nobis pro neceſſario
relato ad oſtendendam veritatem tem=
porum teneantur.

¶ Cap. vj. de diuerſitate generatio
nũ a Mattheo ⁊ luca cõſcripta ⁊ ea q̃
de his refert affricanus.

V Erum quoniã
de generationib⁹ chriſti va
rie nobis Mattheus ⁊ Lu=
cas euangeliſte tradiderũt
et contraria ſibi a quamplurimis dicere
putantur. In quo etiam nonnulli fide=
lium veritatis ignorantia: cõmenta que
dam pro ſuis quiſq; opinationibus co=
nantur adhibere: etiam de hoc hiſtoriaz
que ad nos vſq; deducta eſt in medium
proferamus.
A ¶ Affricanus cuius ſuperius fecim⁹
mentionem: ſcribens ad ariſtidem que=
dam de euangeliorum conſonantia: ⁊ de
genealogijs que a mattheo ⁊ luca diuer
ſe referuntur: ceterorum quidem opinio
nes procul a veritate deierrantes coar
guit. Ipſe autem hiſtoriam quam cõpe=
rerat: in his ipſis protulit verbis. Apud
gentem inquit iſrael generationum no=
mina: nunc ſecundum nature nunc etiã
ſecundum legis ordinem numerantur.
Nature quidem ſucceſſiones habentur
que ex ſeminis vel ſanguinis veritate de=

ſcendunt. Legis autem quis filius alio
generante ſubſtituitur ſub nomine fra=
tris defuncti ſine liberis. Cum enim re=
ſurrectionis inter eos ſpes needum fuiſ=
ſet accepta: per hec reſurrectionis quan
dam imitabātur imaginem: vt nā nomē
generis vitio ſterilitatis aboleret. Cum
ergo huiuſcemodi apud eos generatio=
num ordines ſeruarentur: vt quidem ex
ipſo germine: quidam ex ſubſtitutione
ab alijs generati alijs filij legis benefi=
cio deputarentur: a ſingulis euangeli=
ſtarum vtriuſq; modi cōmemorata ſuc=
ceſſio eſt. Id eſt vt alter eorum eum qui
genuiſſet: alter vero eum qui quaſi ge=
nuiſſe videretur exponeret. Et ita fit vt
neutrum euangelium mentiatur dum
aliud nature ordinem: aliud vero legis
exequit. Reſtinctum namq; ſibi eſt inui=
cem genus. et illud quod per Salomonē
et illud quod per natham deducitur: per
legales ſubſtitutiones que fiebant his
qui ſine liberis decedebant: et per ſecun
das nihilominꝰ nuptias: quibus vnus
at idem alijs parentibus progenitꝰ alia
rū eſſe filiꝰ videbatur. Et ita fit: vt vtraq;
narratio gñationū vſq; ad ioſeph veriſ=
ſimis lineis deducatur: diuerſo quidem
ſed ſatis explorato ordine ſignata.

B ¶ Ut autem clariꝰ fiat quod dicitur
ipſas generationum conſequētias enar
rabimus. A dauid per ſalomonem gene
ratio quā dinumerat mattheus: tertiū
a fine facit matham qui dicitur genuiſſe
iacob patrem ioſeph. Per nathā vero de
dauid lucas generationum ordinem te=
xens: tertium nihilominus eiuſdem loci
facit melchi. Dixit enī ioſeph qui fuit he
li: qui fuit melchi. Nobis ergo imminet
oſtēdere quomodo ioſeph qui dr ſm mat
theū quidem patrem habuiſſe iacob qui
deducitur p ſalomonē: ſm lucā vero heli
q deducitur p nathā. Utq; iſti ipſi id eſt
iacob et heli qui erant duo fratres habē
tes: alius quidem nathan alius autem
melchi patrem ex diuerſo genere veniē
tes: etiam iſti ioſeph aui eſſe videantur.
Eſt ergo modus iſte mathā et melchi di=
uerſis temporibus de vno eademq; vxo
re eſt a nomine: ſingulos filios procrea=
runt: quia matham qui per ſalomonem
deſcendit vxorem eam primus accepe=
rat: et relicto vno filio iacob noīe defun=
ctus eſt. Poſt cuiꝰ obitum (qm lex viduā
alij viro non vetat nubere) melchi qui
per natham genus ducit cum eſſet ex ea=
dem tribu: ſed non ex eodem genere reli=
ctam matham accepit vxorē: ex qua ipſe
ſuſcepit filium nomine heli. Per quod ex
diuerſo patrum genere efficiuntur iacob
et heli vterini fratres: quoꝝ alter .i. iacob
fratris heli ſine liberi defuncti vxorem
ex mandato legis accipiens genuit io=
ſeph: natura quidem germanis ſuum fi=
lium propter quod et ſcribitur. Iacob au
tem genuit ioſeph ſecundum vero legis
preceptum heli efficitur filiꝰ: cuiꝰ iacob
quia frater erat: vxorem ad ſuſcitandū
fratris ſemē acceperat. Et p hoc rata in=
uenit atq; integra generatio: et ea quā
mattheus enumerat dicēs. Iacob autē
genuit ioſeph: et ea quam lucam petenti
obſeruatione deſignat et vna qui puta=
batur eſſe filius ioſeph: qui fuit iacob.
Qui et ipſe ſubſonante eadem diſtinctio=
ne: heli eſſe filius putabatur qui fuerat
melchi: quia legalem hanc ſucceſſionem
q velut adoptiōe quadā erga defunctos
cōſtat magiſq; germinis veritatē: cōpe=
tēti: ſatis per hoc deſignauit indicio ob=
ſeruans euangeliſta: ne oīno in huiuſce=
modi ſucceſſionibꝰ genuiſſe aliquē nota=
ret: p quod digna diſtinctione non deſcē=
dens: ſed aſcendens vſq; ad adam: et ad=
ipſum vſq; peruenit dominum.

C ¶ Hec autem non nobis ad ſubitū
reperta: aut abſq; vllis autoribus com=
mentata ſunt: ſed ipſi hic ſaluatoris no=
ſtri ſecūdū carnē propinqui ſeu ſtudio tā
ti ſeminis demonſtrandi ſeu edocendi q̄
ſecundum veritatem geſta ſunt tradide
runt. Attēdētes etiam hoc: q cum idu=
mei latrones aſcalonitate ciuitati irruē
tes et de apollinis templo quod muro vr=
bis adherebat cum ceteris ſpolijs etiā
antipatrem herodis cuiuſdā editui filiū
captiuum dirupuiſſent accidiſſe poſtmo
dum: vt ad amicitias hircani pontificis
antipater perueniret. Cuius principatū
quod in quamplurimis iuuiſſet: defun=
cto eodem hircano Herodi filio ſuo a ro
manis p ambitionem regnū iudee acce=

perit. Uerum hec ⁊ in alijs grecorū hiſtorijs deſignant. Sed illud ꝑcipue ſupradicti viri memorie tradiderūt: ꝙ per idē tp̄s oēs hebreorū generatiōes deſcripte in archiuis templi ſecretioribus habebātur. In quibus etiaꝫ alienigenarū quorūq; cōtinebantur origines: ſicut achior ex amātis ⁊ ruth ex moabitidis: alij etiā ex egypto qui dicuntur iſrahelitis eſſe cōmixti. Uerum herodes cum ſummā poteſtatem teneret. videns quod huiuſcemodi generis indicia ſi permanerent obſuſcationis ſibi plurimum quererent: ignobilitatis ſue conſcientia exagitatus omnes libros in quibus conſcriptio generis habebatur: iuſſit incēdi exiſtimās ſe nobilem videri poſſe: ſi nouitius eſſet: ⁊ aduena iſrahelitici generiꝫ nullis ꝯſcriptionum faſtibus vrgeretur. Uerum fuere tum pauci diligētes ⁊ ſtudioſi viri: q̄ vel deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi libros domi haberent: vel etiam memoriter auite ordinem proſapie retinerent. Precipue quod demiſſa a proauis nobilitas conualebat. Ex quibus fuerunt ⁊ hij quos paulo ante memorauimus deſpoſynco .i. heriles vel dn̄icij appellati propter propinquitatem generis xp̄i qui et nazarei fuerūt ex vico cochaba iudeorū quiq; per omnem regionē circuneuntes ordinē ſupradicte generationis partim memoriter: partim etiā ex dierum libris inquātū erat poſſibile perdocebāt. Quibus ita a nobis inquantū diligentia potuit perſcrutatis euidentiſſime euangeliorum per hoc veritas declaratur. Hec ſunt que ab aphricano didicimus. Hoc itaq; modo in ioſeph patrū generatione deducta; dubitari iam nō poteſt de Maria que eiuſdem generis atqꝫ eiuſdē tribus extiterit. Siquidem ſecundū legem moyſi nō licebat in diuerſis tribubus nuptias permiſceri: ſed vni ex eodem populo atq; ex eadem familia innupta precipitur copulari: vt ne permixtione coniugij etiam ſors hereditatis deducatur in dubiū: ⁊ de alia tribu contra fas: ad aliā transferatur: ſed de his ſatis dictum eſt.

¶ Capitulum .vij. de nece infantium apud Bethleem et Magorum preſentia.

Chriſto igitur ſcḋm prophetie fidem nato in bethleem iude temporibus ſupradicti herodis de orientis partibus aduentantes quidam viri ex magorum gente percūctantur ab herode: vbinam eſſet rex qui nuper natus eſt iudeorum: affirmantes vidiſſe ſtellā eius in oriente: que ſibi etiam dux itineris extitiſſet cauſam vero tante ꝑperationis adorandi ac venerādi nuper editi regis eſſe. Quibus ille auditis incredibiliter deterretur: verēs ne ſtatus ſui periclitaretur imperij. Accerſitis ergo legis doctoribus percunctatur vbinā xp̄m naſci ſperarent. Ut vero ex michee oraculis locus natiuitatis eius apud bethleem deſignatus eſt: vno precepto rex omnes lactantes pueros non ſolū apud bethleē: ſed et in oībus finibus eius ab imis ⁊ infra: ſcḋm tp̄s qḋ explorauerat a magis interimi iubet: ſi quō et ieſum cū equeuis poſſit extinguere. Sed euenit regis inſidias puer adductus in egyptum: parētibus de dolo regis angelo prenuntiante cōmonitis.

¶ Capitulum octauum de cruciatibus ipſius herodis qui necari iuſſit infantes.

Verum hec etiā ſacris euangelij vocibus edocemur opere pcium eſt crudelitatis herodis in xp̄m ⁊ equeuos eius videre mercedem. Statim nāq; nec mora vltio in eum diuina conuertitur: que non ſolū preſens inferret exitium.

A ¶ Uerum ⁊ quibus poſt interitū ſupplicijs eſſet cruciandus oſtenderet. Longum eſt ſi proſperitas imperij eius quibus ad illud tempus vſq; pollebat domeſticis referam gladiibus obſcuratas: ignominiam matrimonij funera liberorū quorū tamen ipſe extiterit parricida: ſororis et propinquorūq; oīm ſi exequar clades: tragedia magis quā hiſtoria texi videbitur. De quibus tamen ſi quis ſcire vult Joſephus plenius refert.

B ¶ Igitur cum pro ſacrilegio quod in ſaluatorem cōmiſerat ⁊ ſcelere quod in equeuos eius pergerat vltio eum diuina

vigeret in mortem: quem dederit exituꝫ
nõ puto indecorũ ſi ipſius ioſeph in ſepti
modecimo libro antiquitatũ hec referen=
tis ſermonibꝰ explicemus. Herodẽ (inqt)
porro et maior indies morbus vigebat
ſupplicia commiſſi dudum ſceleris expe
tens. Lento nãqꝫ igne extrinſecus in ſu=
perficie corporis vrebatur intrinſecꝰ ve
ro vaſtum condebatur incẽdium. Auidi
tas inexplebilis ſemper inerat cibi: nec
tamen ſatiari vnqꝫ rabidis incitata fau
cibꝰ valebat ingluuies. Inteſtina intrin
ſecus vlceribus obſepta: doloribꝰ quoqꝫ
colli qꝫ maxime cruciabat. Humor liqui=
dus et liuidus erga pedes tumidos ob=
errabat ⁊ ab inferioribus partibꝰ pube
tenus tumore diſtentus: ſed et verenda
ipſa putredine corrupta ſcatere vermi=
bus. Spiritus quoqꝫ incredibilis infla=
tio et tentigo obſcena ſatis ⁊ execranda.
His aũt oibus doloribus fetor dirior. vł
ex mẽbrorum putredine: vel ex reſpira=
tiõe anhelitus reddebatur. Ita ex omni
parte cruciatibus feſſo nulle ſufficere vi
res ad tolerantiam poterant. Dicebant
ergo his quibus diuinandi peritia eſt di
uinitꝰ has penas ab imperatore deo ob
multa eius impie et crudeliter geſta de=
poſci. Hec quideꝫ in ſupradicta hiſtoria
refert vir de quo paulo añ memorauimꝰ.
¶ Sed in ſecũdo libro idem hiſtoriogra=
phus ſimilia nihilominus de eodẽ ſcri=
bit hoc modo dicens. Poſt hoc vero om=
ne corpus eius morbus inuadens diuer
ſo eum ſibimet corruptele genere ven=
dicabat. Febris nãqꝫ vna parte lenta ve
xabat prurigo ex alia parte itolerabilis
per oẽm corporis diffuſa ſuperficiẽ. Colli
quoqꝫ creberrimꝰ dolor pedes pubetenꝰ
hydropis abſcederat tumor. Verenda
corrupta putredine ⁊ ſcatentia vermibꝰ
horreſcebant. Inflationes etiam tortuo
ſi ſpũs ⁊ crebra ſuſpiria conuulſis admo
dum producta viſceribꝰ ita vt diceretur
a vatibus non morbi corporis hec ſed di
uine vltionis eſſe ſupplicia. Quiqꝫ cum
tot morbis etiã feralibus vigeret tamẽ
ſpem adhuc viuendi gerens de medelis
atqꝫ remedijs cogitabat. Deniqꝫ trãſito
iordane aquis calidis q̃ apud calleroẽ
ſunt vtebatur que etiaꝫ potantibꝰ com=
mode dicuntur. Viſum eſt autem medi=
cis ẽt oleo calido omne corpus fouẽdum
Cumqꝫ depoſitus fuiſſet in huiuſcemodi
fomento: ita reſolutus eſt omnibus mem=
bris: vt etiam oculi ipſi e ſuis ſedibus
ſoluerentur.

¶ Capitulum ix. De crudelitate hero=
dis quã mortis ſue tempore ꝑpetrauit.

Deportatur ex
inde hierico ⁊ ſamulorũ plã=
ctibus ammonitꝰ vbi deſpe=
rare cepit militibus quidem
quinquagenas dragmas diuidi iubet.
Diutius vero et amicis ſuis plurimum
pecunie largitur. Ipſe autẽ furore iam
plenus ⁊ ipſi vt ita dicã minitans morti
fertur in facinus execrabile. Etenim ex
ſingulis quibuſqꝫ vicis vel caſtellis ſi q̃
nobiliores et primarij erant viros ex om
ni iudea ad ſe colligi et recludi iubet in
loco qui dicitur hypodromus. Accerſita
tamen ſorore ſua ſalomone atqꝫ eius vi=
ro nomine alexan. Noui inquit iudeos
de meo interitu gauiſuros: ſꝫ potero ha=
bere lugentes ⁊ exequi honorabiles ex
plangentium multitudine ſi volueritis
vos meis parere preceptis. Hos omnes
quos in cuſtodia haberi iuſſi totius iu=
dee nobiles viros ſtatim vt ego ſpirituꝫ
exhalauero interficite i hoc ipſum militi
bus ꝑparatis: vt omnis iudea et omnis
domus etiam inuita defleat obitũ meũ.
¶ Et poſt pauca idem ioſephus ait. Rur
ſum autem nam ⁊ cibi auiditate ⁊ tuſſis
conuulſione diſtendebatur. Cum ex do=
lorum violentia iam vite exitum adeſſe
ſentiret malo accepto cultrum popoſcit.
Solebat enim p ſemetipſum purgatum
ſic pomum atqꝫ inciſum edere. Tũc dein
de circunſpectans ne quis eſſet qui ꝓhi
beret eleuauit in ſemetipſum dexteram
ictumqꝫ librauit. Adhuc idem proſequi=
tur ſcriptor q paulo anteqꝫ nouiſſimum
ſpiritum redderet: tertium poſt duos q̃s
ante necauerat filium ſuũ preceptis im=
pijs iugulaſſet atqꝫ ad vltimam lucẽ ſi=
cut non abſqꝫ maximis doloribus corpo
ris: ita etiam nec abſqꝫ parricidij piacu
lis aufugiſſet. Talis igitur herodis exti
tit finis que digna ſupplicia ſcelere q̃s

in bethleē erga paruulos geſſerat:⁊ pro
inſidijs dñi nr̄i ac ſaluatoris exactꝰ eſt.

Capitulum decimum de archelai
regno poſt herodem.

DE ſucceſſiõe ve
ro eius hiſtoria nos euange=
lica perdocet qđ poſtea quā
per angelum cõmonitus io=
ſeph ſublato puero ⁊ matre eius de egy
pto redijt ad terram iudeam. Audiens
inquit euangeliſta quia archelaꝰ regna
ret pro herode patre ſuo timuit illoˀ ire.
Commonitus autem in ſomnis abijt in
partes galilee. Huic aūt euangeliſte ve
ritati conſona ſcribit etiam ſupradictus
hiſtoriographus: diligēter hoc exequēs
quomodo ex teſtamento herodis patris
ſui adiudicante etiam ceſare auguſto re
gni iudeorū ſucceſſor extiterit archelaꝰ
⁊ vt poſt decem annos imperio deuolu=
tus ſit vtq; philippus et herodes iunior
frater cum liſania in terra archias diui
ſum iudee regnum regebant.

Capitulū.xj.qđ falſa eſſe acta que
iudei protlerūt etiam ioſephi teſtimo=
nio ex cõſonatiõe tēporū cõuincātur.

IDē quoq; ipſe
hiſtoriographꝰ in decimoocta
uo libro refert duodecimo an=
no tyberij ceſaris (qui augu=
ſto ſeptem ⁊ quinquaginta annis princi
patu poſito ſucceſſerat) pontium pilatū
iudee procurationem ſuſcepiſſe: atq; ini=
bi p decē cõtinuos annos vſq; ad ipſum
pene finem tyberi perduraſſe. Ex quibꝰ
omnibus figmentum impudens euiden
ter arguitur actorumq; recenti conieeta
plaſmate aduerſus xp̄m dominum pro=
ferūtur. In quibus primo omniū tempo
ris ipſius ratio coarguit falſitatē. Quar
to nāq; conſulatu tyberij (qui cõſulatus
ſeptimo anno imperij eiꝰ fuit) piaculi in
ſaluatorem commiſſi tempus falſa hec
acta perſcribunt. Quo in tempore euidē
ter oſtenditur ne miſſus quidem adhuc
ad iudee procurationem pilatus ſecun=
dum ioſephi probatiſſimi hiſtorici teſti=
moniū. Qui pleniſſime deſignat duodeci
mo anno tyberij ceſaris iudee procura=
tionem ſuſcepiſſe pilatum. Conſonanter
autem in his cum hiſtorico euangeliſta
concordat: quintodecimo dicens anno ty
berij ceſaris (in quo quartus erat pilati
procurationis annus, cū etiam iudee te=
trarche haberent herodes ⁊ liſias phi
lippus) dominum ⁊ ſaluatorem noſtrum
ieſum chriſtum ⁊ fuiſſe annorum trigin=
ta: quando ad ioannem baptizādus ad=
uenit. Tunc etenim initium euangelice
predicationis inſtituit.

Capitulum.xij. qꝫ a pontifice An=
na vſq; ad Cayphā quatuor ponti
fices fuerint: ⁊ ſingulis annis admini
ſtrauerint pontificatū in quibus pre
dicatio chriſti completa eſt.

REfert autē euz
diuina ſcriptura omne doctri
ne ſue tp̄s exegiſſe ſub pontifi
cibus anna ⁊ caypha: quo ſcꝫ
anne pontificatus tempore incipiēte do
cere ceperit: ⁊ vſq; ad initiū cayphe per=
tenderit. In quibus ſpatijs vix toti qua=
tuor cõcluduntur anni. Legalibꝰ porro
preceptis iam per illud tempus vt ⁊ am
bitione ceſſantibus nulli quippe pontifi
catus honor vite vel generis reddebat.
Sed romana poteſtate alijs nunc: item
alijs ſumma ſacerdotij preſtabatur: ita
vt annuis ſucceſſionibus mutarentur.
A Deniq; idem ioſephꝰ refert qua=
tuor per ordinē vſq; ad caypham pon=
tificatus officio poſt annam eſſe perfun=
ctos his verbis ſcribens. Ualerius gra=
tus anna ſacerdotio deturbatio iſmae=
lum pontificem deſignauit filium baſſi.
Sed ⁊ hunc non multo poſt abicijens
eleazarum ananie pontificis filium ponti
ficatui ſubrogauit. Poſt annuꝫ vero etiā
hunc arcet officio: ⁊ ſimoni cuidam cay=
phe filio põtificatus tradidit miniſteriū:
quo non amplius et ipſe quā vnius an=
ni ſpatio perfunctus ioſephum (cui ⁊ ca=
pas nomen fuit) accepit ſucceſſore ac per
hoc omne tempus quod dominus ⁊ ſal=
uator noſter in terris docuiſſe perſcribi=
tur intra quadriēm tēporis ſpatia coar
tatur. In quo quatuor iſte quas ioſephꝰ
memorat ſucceſſiones pontificum cum
deſcribūtur vix per annos ſingulos mi=

niſtrare. Conſonanter igitur ſecundum ea que ſcripſit caypham pontificē anni illius quo ſaluator paſſus eſt etiā euangelij ſcriptura deſignat.

B ¶ Igitur dominus ⁊ ſaluator noſter non multo poſt initium predicatiōis ſue duodecim ex omnibus diſcipulos aſſumpſit. Quos et ceteris ſectatoribus ſuis preferens ſpeciali quodam electiōis priuilegio apoſtolos nominauit. Cuius nominis virtus miſſos indicat. Sed ⁊ alios poſt hos elegit ſeptuagintaduos ⁊ ipos binos per loca ⁊ vrbes ad quas ipſe acceſſurus erat premiſit.

¶ Capitulum. xij. de Joanne baptiſta teſtimonium Joſephi: ⁊ quod aſſerit eum iuſtum fuiſſe ⁊ ob eius necē eſt vindictam in iudeos eſſe prerogatam.

VErum breui in terlecto tēpore Joannes baptiſta ab herode filio herodis capite puniꝰ. De quo et in euangelijs quidem refertur. Cōcord. vero teſtimonio etiā ioſephꝰ de hoc ſcribit nominatim etiā de herodiade cōmemorans velut de cōiugio fratris philippi viuentis violenter abſtracta ⁊ ſuis ab herode inceptis nuptijs ſociata, ꝓpria ⁊ legitima vxore depulſa: quam herodiadem filiam fuiſſe dicit arethe regis arabie: propter quam etiam ioānem baptiſtam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoqꝫ exortum inter arethā dicit ⁊ herodem tanqꝫ ob ignominiam filie vindicandam. In quo bello exercitū refert herodis extinctū. Hec autem omnia accidiſſe propter piaculum quod in nece ioānis amiſit. Idem quoqꝫ ioſephus iuſtiſſimum ſuper omnes ioannem fuiſſe ſcḋm euāgeliorum fidem ⁊ ab herode propter herodiadem capite ceſum refert. Propter quam etiam regno euꝫ memorat eſſe depulſum atqꝫ in exilium apud viam nam galilee vrbem truſuꝫ. Hec in octauodecimo antiquitatum libro his ipſis quibus infra annotatum eſt ſyllabis ſcribit. Quibuſdam (inquit) iudeorū videbatur ideo periſſe herodis exercitū ꝙ in eum ſatis iuſte vltio diuina cōmota ſit pro vindicta Joannis qui vocatur baptiſta: quem puniuit herodes virum valde bonum: ꝙ precipiebat iudeis virtuti operam dare iuſtitiam inter ſe inuicem cuſtodire: et in deū ſeruare pietatē per baptiſmum in vnū coire. Hoc enim pacto baptiſmum acceptabile fore: ſi nō ſolū ad abluenda peccata ſumatur: verum ⁊ ad caſtimoniam corporis atqꝫ ad anime iuſtitiam purificationēqꝫ ſeruetur: omniumqꝫ pariter virtutum velut ſignaculum ⁊ cuſtodia quedā fidelis habeatur. Que cū ab eo precepta huiuſcemodi docerentur atqꝫ ad audiendum eū per plurima multitudo concurreret: virtus herodis ne forte docti me eius pſuaſione populi a ſuo regno deicecrūt (Videbat enim quod preceptis eius ac monitis obedire in omnibꝰ plebs eſſet parata) melius credidit priuſqꝫ noui aliqd fieret anticipare hominem necē. ꝙ poſtmodum turbatis rebus ſeram penitudinem gerere. Ex ſola igitur ſuſpitione herodis vinctus in caſtelluꝫ macheronta adducitur Joannes ibiqꝫ capite obtruncatur. Hactenus de Joanne. Sed et de ſaluatore noſtro domino in eiſdem hiſtoriarum ſuarum libris eidē ioſephꝰ ita ſcribit.

¶ Capituluꝫ. xiij. de teſtimonio ioſephi de chriſto.

FVit autem hiſdem temporibus ieſus ſapiens vir: ſi tamen cum virum nominari fas eſt: erat enim mirabilium operum effector doctorqꝫ hominum eorum qui libenter que vera ſunt audiunt. Et multos quidem iudeorum: multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit Chriſtꝰ hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtre gētis virorum cum pilatus in crucem agēdum eſſe decreuiſſet non deſeruit eos qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim eis tertio die iterum viuus ſcḋm ꝙ diuinitꝰ inſpirati ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula futura eſſe predixerant. Sed ⁊ in hodiernum diem xp̄ianorum qui ab ipſo nuncupati ſunt, ⁊ nomen perſeuerat ⁊ genus hic ⁊

xa eſt agnam.lib.tertio.ca.vj.
Uienna et lugdunum nobiliſſime vrbes galliarum.lib.v.ca.j.A.
Uictor theodotum coriariū excōicat qḋ prius rome dicere auſus ſit xp̄m purum hoīem fuiſſe.libr.v.capi.xxviij.B.
Uirgines due ne a paganis ſua ꝓſtitua tur pudicitia matris ſequētes exemplum monita apud antiochiam ſe in flumen demergunt.libr.viij.ca.xij.B.
Ultio digna dei multiplex in iudeos propter ſcelera gentis in xp̄m patrata. lib.ſcḋo.capit.vj.
Ultio diuina in teſtes falſos.lib.vj.c.vj.
Ultio digna dei in maximinum.li.viij. capit.vltimo.
Ungebantur apud hebreos reges pontifices ⁊ prophete.lib.j.ca.j.D.
Urſinus diaconus romanus per vim ⁊ ſeditionem vrbis ep̄m ſe fieri extorquet cum damaſus iure liberio ſuccederet.lib.xj.capi.ix.
¶ Theobites quia repulſus nō meruit epiſcopatum eccleſiam conturbat.li. quarto.capi.xxj.
Theophilus ep̄s anthiochenus ſcriptis eccleſiam iuuit.lib.iiij.capit.xxiiij.
Tormenta erubeſcenda indigna etiam que ſcribātur pagani chriſtianis ſeminis ingerunt.lib.viij.capit.xiiij.
Traianus ſuccedit nerue.li.iij.cap.xvj.
Traianus tertiam in chriſtianos perſecutionem excitat.lib.iij.capi.xxvj.A. et.B.in fine.
Traiani perſecutio ſcribente ad eum ꝓ chriſtianis primo ſecundo ex parte ſedatur.lib.iij.ca.xxvj.
Traianus luco quieto mandat delere meſopotamiam fundatus ꝙ iudei in eum rebellaſſent.lib.iiij.capit.ij.
Traianus.xx.annis ſex mēſibus minus imperat.lib.iiij.capi.tertio.
Traiano ſuccedit hadrianus.li.iiij.c.iij.
¶ Zepherinꝰ ſuccedit victori in ſede romana.lib.v.capi.xxviij.B.
Zepherini tēporibus natalis primum diuinis viſionibus vt ab hereſi reſipiſceret admonitus demū ab angelis dure caſtigatus peccatum ſuum multa cū lamentatione deplorat.li.v. capi.vlti.A.
¶ Yſidorus apud alexandriam ſub decio patitur.li.vj.capi.xxx.C.
Ydrie in egypto fictiles fuerunt vndiqꝫ minutis foraminibꝰ circundate:quo defecatior aqua reddatur et purior libro.xj.capi.xxvj.
Ydriam egyptij pro deo colunt.libr.xj. capitulo.xxvj.

¶ Finis Tabule.

¶ Publij Fauſti Andrelini forolíuienſis regij poete laureati in euſebiū Ceſarienſem a magiſtro Goffredo bouſſardo eximio ſacre pagine doctore Pariſienſis ſumma cum diligentia caſtigatum

¶ Carmen.

¶ Inclyta ſi queris ſanctorum geſta virorum:
Omnia tam cultum ſcripta volumen habet.
Obſita que fuerant magnoqꝫ oppreſſa veterno.
Bouſſardi polijt lima diſerta mei.
Bouſſardi eternos digni vixiſſe p annos:
Quo reliqua e turpi vindicet acta ſitu.
Et poſitū eſt cunctis certo caput ordine rebus:
Ut facilis breuius ſemita pandat iter.
Quid non longa dies multis oblitterat annis.
Sed nihil eſt qḋ nō ſedula cura nouet.

Regiſtrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.A.B.C.
Omnes ſunt quaterni preter.C.qui eſt duernus.

Incipit prolog⁹ Rufini preſbyteri in hiſtoriam eccleſiaſticā ad Cromatium epiſcopum.

PEritorū dicunt eſſe medicorū vbi imminere vrbibus vel regionibus generales viderint morbos prouidere aliquod medicamenti vel poculi genus: quo premuniti homines ab imminenti defendātur exitio. Quod tu quoq₃ venerāde pater Cromati medicine exequans genus tēpore quo diuerſis Italie clauſtris Alarico duce gothorum ſe peſtifer morbus infudit ⁊ agros armenta: viros longe lateq₃ vaſtauit populis tibi a deo commiſſis feralis exitij aliqḋ remedium querens per quod egre mētes ab ingruentis mali contagione abſtracte melioribus occupate ſtudijs tenerentur iniungis mihi vt eccleſiaſticā hiſtoriam quā vir eruditiſſimus Euſebius Ceſarienſis greco ſermone cōſcripſerat in latinum verterē. cuius lectione animus audientium vinctus dū notitiam rerū geſtarū auidius petit: obliuionem quodāmodo malorum que gererentur acciperet. A quo ego: cū opere excuſare me vellē vtpote inferior ⁊ impar ⁊ qui in tam multis annis vſum latini ſermonis amiſerim conſideraui qḋ nō abſq₃ aliquo apoſtolice inſtitutionis ordine nobis iſta preciperes. Nā ⁊ cum dominus aliqñ eſurientibus in deſerto auditorum turbis dixiſſet ad apoſtolos date eis vos manducare. Philip. vnus ex apoſtolis intelligēs eo magis ſplēdeſcere diuine virtutis inſignia ſi minorum quorūcq₃ miniſtris explerentur non protulit panes apoſtolice recōditos penes ſe: ſed puerulum adeſſe dixit habentem quinq₃ panes ⁊ duos piſces: quē verecūde excuſans adiecit ſed hec q̄ ſunt inter tantos quos magis in anguſtijs opib⁹ ⁊ deſperatis: clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te deſcendere diſcipulis recordatus ꝙ Philippi fortaſſis exemplo vbi paſcendi turbas tēpus vidiſti puerulum ſubrogaueris. qui panes quidē quinq₃ ſicut acceperat duplicatos adhibere: ad explendum tñ euangelicum ſacramentū proprio labore captos adderet etiam piſciculos duos aggreſſus ſum exequi vt potui qḋ precepe ras certus ꝙ excuſabit imperitie noſtre culpas precipientis autoritas. Sciendum ſane eſt ꝙ decimus liber hui⁹ operis in greco quoniam perparum erat in rebus geſtis: reliqua omnia in epiſcoporum panegyricis tractatibus nihil ad ſcientiā rerum cōferentibus occupatus omiſſis que videbantur ſuperflua hiſtorie ſi quid habuit nono ꝯiunximus libro et in ipſo Euſebij narrationis dedimus finem Decimum vero ⁊ vndecimum librum non conſcripſimus. partim ex maiorum traditionibus: partim ex his que noſtra iā memoria cōprehenderat: ⁊ eos velut duos piſciculos ſupraſcriptis panibus addidim⁹ quos ſi tu ⁊ ꝓbaueris ⁊ benedixeris pro certo confidā ꝙ ſufficiēt turbis. Continet autem omne opus res in eccleſia geſtas a ſaluatoris aſcēſione et deinceps. Noſtri vero duo libelli a tēporibus conſtantini poſt perſecutionē vſq₃ ad obitum theodoſij auguſti.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber primus hiſtorie eccleſiaſtice Euſebij ceſarienſis.

Successiões ſanctoꝝ apoſtoloꝝ et tempora q̃ a ſaluatore noſtro vſq; ad nos decurſa ſunt: queq; ⁊ q̃lia in his erga eccl'ie ſtatũ geſta ſunt: qui etiã inſignes viri in locis maxime celeberrimis eccleſijs p̄fuerũt: vel qui ſingulis q̃buſq; tēporib⁹ ſeu ſcribēdo ſeu docendo verbũ dei nobiliter aſtruxere: q̃q; etiã vel quãti vel q̃n noua contra religionē dogmata pferentes ad profundũ erroris ſtudio cõtentionis elapſi falſe ſciētie autores ſe preceptoreſq; pfeſſi ſunt paſſim velut lupi graues gregē xp̄i laceran tes: necnõ ⁊ ea mala que iudeorũ gentē pro inſidijs quas aduerſuꝫ ſaluatorem moliti ſunt vaſtauerũt: quib⁹ etiã modis quotiẽs quibuſue tp̄ibus doctrina xp̄i ⁊ ſermo diuinus agētib⁹ impugnatus eſt: quãtiq; his tēpeſtatibus vſq; ad ſuppliciorũ patientiã ⁊ pfuſionē ſanguinis p verbi dei veritate certauerũt: ſed ⁊ martyria noſtris ſuſcepta tēporibus atq; in his dñi ⁊ ſaluatoris noſtri erga ſingulos quoſq; vnicũ clementiſſimũq; ſubſidium ſcribere mihi volēti nõ aliunde ſumendũ videt̄ exordium q̃ ab ipſa dñi et ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i preſentia corporali. Sed mihi queſo veniam dari. Cõfiteor nãq; q̄ in hoc opere viribus noſtris maiora tētauimus vt ⁊ fideliter ⁊ integre que ſunt geſta narremus: ⁊ rudē ac nulli fere noſtrorũ ingreſſam viã huiuſcemodi itineris primi audeamus incedere. Et licet deũ ducem futurum d̃niq; ſaluatoris noſtri certus ſum nobis ſuffragia affutura: hominum tñ nulla quib⁹ poſſimus inniti cõſpicimus preceſſiſſe veſtigia: niſi q̄ ſparſim ſingulorum quorũq; tēporum: ſeu rerum geſtarũ ad nos vſq; indicia ac monimenta tranſmiſſa ſunt. Ex quibus quedaꝫ nobis luminũ faces velut in obſcuro poſitis eminus accendunt: et tanq̃ e ſublimi ſpecula qua nos greſſum tendere oporteat: ac viam verbi abſq; errore dirigere eorũ vocib⁹ ammonemur. Queecũq; igitur propoſito operi cõuenire credimus ex his q̄ illi ſparſim memorauerũt eligentes: ac velut e rationabilibus campis dictorum floſculos decerpentes hiſtoria narratione in vnum corpus redigere: ⁊ coagmentare tentabimus: ſatis abũdeq; gratũ putantes ⁊ ſi nõ omniũ nobiliſſimorũ certe ſaluatoris noſtri apoſtoloꝝ ſucceſſiões celebrioribus quibuſcunq; eccleſijs traditas in vnuꝫ colligere: atq; in ordinem modũq; digerere. Opus aũt mihi pneceſſarium videor aſſumpſiſſe: eo magis (q̄ vt ſuſpectus dixi) neminē eccleſiaſticũ dumtaxat ſcriptorem ad hanc partem narratiõis animum adieciſſe cõperio. In quo illud etiam ſpero q̄ et vtilitatis plurimum ex rerum geſtarũ cognitione ſtudioſis quibuſq; noſter hic conferat labor. Quãuis iam de his ipſis nonnulla etiam in chronicis .i. in eo opere quod de temporũ ratione cõſcripſimus breuiter ſuccincteq; perſtrinxerim. Plenius tamē in preſenti opere ſingulorum narrationem aperire tentabimus. Incipiet igit̄ mihi ſermo ab ipſo domino ſicut pmiſimus xp̄o. Uerum quia xp̄ianorum res geſtas ſcribere pponimus conſequens videtur vt prius vel genus hoc hominum vnde ducat exordium vel quid nois ipſius contineat ratio et cuius gens iſta ⁊ populus appellatione cēſetur repetentes paulo altius exponamus.

¶ Capitulum primum q̄ deus et dominus creator omnium ac diſpenſator vniuerſorum ipſe ſit ſcd̃m ea que in lege et prophetis ſcripta ſunt.

Bitur quoniã xp̄s duplici ex modo conſtat ⁊ diuina i eo pariter atq; humana natura plenitudinem tenet caput in eo diuina ſubſtantia pedes humana quã p noſtra ſalute ſuſcepit habent̄. Et ita demũ perfectius nobis narratio dirigetur ſi a capite .i. a diuinitatis eius verbo ſumamus exordiũ per quod chriſtianorũ (que gens nouelle appellationis creditur) antiquitas et

nobilitas pariter oſtendentur.

A ¶ Genus igitur xp̄i et ipſius ſubſtā tiaꝫ ⁊ eius naturā ꝓferre ac pādere nullus ſermo ſufficiet. Siquidē etiā diuinū de eo ita pronūtiat oraculū dicēs. Generationem eius quis enarrabit. Sed ⁊ alibi celeſtibus nihilominus de eo vocibus ita refertur. Quia nemo nouit filium niſi pater: ſed neqꝫ patrē q̄s nouit niſi filius. Solus ergo ille qui genuit noſſe dicit̄ filiū pater: ⁊ filius patrem. Sine dubio ex cluſit ceteros ad diſcutiendam notitiam qui ad vnū ſolū patrē filij ſcientiā reuocauit. Hic igit̄ in his voluminibus q̄ diuino ſpū conſcripta credūtur lux eterna et ante mundi initiū ſemper fuiſſe predicatur. Sapiētia quoqꝫ ſubſtātialis ⁊ verbū vnum in principio apud patrē: ⁊ deꝰ verbū ſubſtitiſſe narrat̄. Quis ergo poterit eū qui ante omneꝫ creaturā viſibilē atqꝫ inuiſibilē ſemꝑ fuiſſe et in initio [illegible] fuiſſe ex ipſo patre natꝰ et cū patre ſempiternꝰ extitiſſe deſcribit̄ ſermone cōprehēdere. Quis oīm celeſtiū imortaliū diuinarūqꝫ virtutū dn̄ꝫ ⁊ ducē atqꝫ p̄ncipeꝫ celeſtis militie ⁊ magni ꝯſilij angelū volūtatis paterne efficaciā quē cū patre oīa que ſunt creaſſe ⁊ cōdidiſſe cōſtat vt verum filiū et vnigenituꝫ ⁊ oīm q̄ creata ſunt dn̄m ⁊ regē ac dn̄atorem paterna virtute ac poteſtate cuncta moderantē verbis explicet niſi q̄ ad intelligentiā plenitudinis eius ꝑ ſecretoria ⁊ myſtica diuinoꝝ voluminū informant̄ eloquia. Joannes deniqꝫ ſpū dei repletꝰ. In p̄ncipio (inquit) erat verbū ⁊ verbū erat apud deū ⁊ deꝰ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oīa per ipm̄ facta ſunt: ⁊ ſine ipo factuꝫ eſt nihil. Sed ⁊ moyſes maximus ⁊ vetuſtiſſimus prophetarū multis ante ſeculis hec eadem ꝓteſtatur cū celitus inſpiratus originē mundi ⁊ rerū initia de eo pleniꝰ aperiret cōditorem omniū patrem cum filio myſticis ac ſacratis deſigngat eloquijs. Ait nāqꝫ. Et dicit deus. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtraꝫ. Sed ⁊ dauid antiquiſſimus etiaꝫ ipſe (licet moyſe poſterior) ꝓphetaꝝ dicit. Verbo domini celi firmati ſunt: ⁊ ſpū oris eiꝰ omnis virtus eoꝝ. Et alio idem nihilominꝰ deſignat oraculo de deo dicēs. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt ipſe mandauit ⁊ creata ſunt. In quibus euidēter mandatis: perſonam patris ⁊ filij operantis expreſſit.

B ¶ Cum igitur his ⁊ alijs quamplurimis vocibus ſparſim per diuina volumina creator omnium cum patre filius declaretur ſupereſt vt de his que poſt conditionem mundi ꝓ hominū diſpenſatione tranſegit quamqꝫ poſſumus breuiter perſtringamus. ¶ Multis quidem et antea pietate preditis viris aſtitiſſe ⁊ docuiſſe que ad cultum diuinum pertinere videbantur oſtenditur. Sed euidentius et familiarius abrahe atqꝫ eius familie quantum fas erat deum hominibꝰ innotuiſſe deſcribitur. ⁊ velut preceptor quidam ac monitor illius extitiſſe proſapie refertur. Deniqꝫ in diuinis oraculis ſcriptuꝫ eſt: quia apparuit deus abrahe tanqꝫ cōmunis aliquis homo ſedenti ad ilicem mambre. At ille ſurgens cū hominem videret. adorat vt deū et veneratur vt dn̄m. Sed et ꝓprie vocis profeſſione preſentiam ſe teſtatur non ignorare diuinam dicens. Dn̄ator dn̄e q̄ iudicas oēm terrā nōne facies iudiciū. Que vtiqꝫ oīa non ad patrem ſed ad filiū referenda poſterioris in carne diſpenſatiōis ratio plenius expleta deſignat. Et idem propheta dauid dicit de deo. Miſit verbum ſuū et ſanauit eos et liberauit eos de corruptionibus eorum. Sed adhuc euidentiꝰ per moyſem de eo quod dominus ſit ipſe cū domino diuina teſtantur eloquia cuꝫ dixit. Pluit dominus ſuper ſodomam et gomoram ſulphur et ignem a domino. Eundemqꝫ cū apparuiſſet iacob deū eſſe eadem ſcriptura deſignat cū dixerat ab iacob. Jam non vocabitur nomen tuum iacob: ſed iſrael erit nomen tuū quia inualuiſti cū deo. Et paulopoſt dicit. Et vocauit inde iacob nomen loci illiꝰ viſio dei dicēs. Vidi eñ dn̄m facie ad faciē ⁊ ſalua facta eſt anima mea. Neqꝫ eñ eſt fas de aliq̄ angeloꝝ vel celeſtiū virtutū iſta ſentire. Nullū eñ illoꝝ ſi quando mortalibus ex celeſti precipiunt̄ adeſſe mandato dn̄m vel deū diuinꝰ ſermo ꝯmemorat. Hic etiā ieſu ſucceſſori moyſi cū aſtitiſſet percūctanti quis eſſet reſponſio euidentiſſimis deſignauit dicēs. Princeps mili-

tie virtutũ dñi ego ſũ. Cũq; his auditis
adoraſſet famulus vt decebat. Solue in=
quit ad eũ corrigiã calciamẽti tui. Loc⁹
enim in quo tu ſtas terra ſancta eſt. In
quo conſideranda eſt preceptorum ſimi=
litudo qm̃ non erat hic alius ab eo qui
dixerat ad moyſen de rubo ignis dicens
ne approximes huc. ſolue calciamẽta de
pedibus tuis. Locus enim in quo tu ſtas
terra ſancta eſt. Et addidit dicens. Ego
ſum deus patrum tuorum deus abra=
ham ⁊ deus iſaac: et deus iacob. Claruit
igitur ex his omnibus quod verbum dei
⁊ deus ⁊ dominus ⁊ creator omnium cũ
patre filius deſignatus eſt.

C ¶ Nunc vero etiam illud videam⁹
quomodo et ſapientiam ſeculi ſubſtãtia
liter ſe exiſtere eidẽ ipſe in diuinis oſten
dat oraculis per ſalomonem hec de ſe=
metipſa ſapientia myſticis vocibus pro
dens. Ego ſapientia in altiſſimis habita
ui conſilium ⁊ ſcientiã ⁊ ſenſum ego inuo
caui. Per me reges regnãt ⁊ potẽtes per
me ſcribũt iuſtitiam. Per me ꝓceres ma
gnificant̃ ⁊ tyrãni ꝑ me obtinent terram
Et poſt aliquãta iterꝝ dicit. Dñs creauit
me initiũ viaꝝ ſuaꝝ in opa ſua añ ſecula
fundauit me initio priuſq; terrã faceret
anteq; ꝓdirẽt fontes aquaꝝ priuſq; mõ
tes fundarent̃ ante oẽs aũt colles genuit
me. Qñ preparabat celos aderam ei: et
quando firmos ponebat fontes ſub celo
cũ ipſo erãt cui adgaudebã quotidie. Le
tabar aũt coraꝫ ipſo in omni tempore qñ
letabatur orbe perfecto. Ex quibus om=
nibus fuiſſe ab initio uno ⁊ ante oẽ qȏ di
ci põt initiũ ab eþo patre ꝓgenitam ſa=
pientiam conſtat.

D ¶ Quid aũt cauſe fuerit q; nõ om=
nib⁹ paſſim ſicut nũc etiã antea innotue
rit ⁊ oẽs ad eius fidẽ ac ſcientiam perue
nerint: exponem⁹. Nõdũ capere poterat
perfectam ſapiẽtiã xpiq; doctrinã rudis
adhuc mũdus ⁊ peritie totius ignarus.
Deniq; ſtatim in initijs cum adhuc hi q̃
primi creati fuerant homines in beatitu
dine degerent mandato dei negligentia
corrupto hanc vitam mortalem ⁊ fragili
tati obnoxiã deciderũt ac terre hui⁹ diui
na maledictiõe dãnate habitaculum ꝓ
paradiſi delitijs commutauerunt. Iã ve
ro qui huiuſcemodi genitoribus per or=
bem terre diffuſi ſunt ferino magis ac
beluino ritu oberrãtes non vrbes ad ſo=
cietatem: non mores ad honeſtatem nõ
leges ad vite iuſtitiam tenuere. Artium
vero diſciplinarũq; apud eos ⁊ toti⁹ phi
loſophie: ne ipſum quidem nomen habe=
batur: ſed aggreſtes quidem ⁊ vagi ꝑ de
ſerta nullis ſedibus vagabãtur. Si qua
vero ipſis boni ſemina naturaliter cle=
mentia inoleuerant cõditoris hec inculta
⁊ incõdita relinquentes magis ad vſum
malitie qm̃ humani itineris ꝓclui⁹ ver
gitur cõferebant. Ex quo accidit vt nefa
rijs ſceleribus inter ſemetipſos agentes
nũc corrũperent̃ nunc etiã interimerent̃
abinuicem vſq; quo ꝓcedẽte in imanita
te etiã deuorarent̃ ab alterutro. Hic ille
que mũdo ſceleris fabulas reliq̃rũt theo
machie ⁊ gigãthomachie exorte ſunt: do
nec nefarijs auſis vltio diuina nunc inũ
datiõe diluuij nũc etiã populatiõe ignei:
membris obſiſteret ⁊ imanitatẽ ſcelerũ
penarũ varietate comprimeret.

E ¶ Uerũ qm̃ creatori ſuo humanum
genus malitie morbo ⁊ cõtagione corru=
ptũ emendãduꝫ videbatur potius q; de=
lendũ miſeratus tunc obſcuratas ꝑ neq̃=
tiam mentes ⁊ tenebris cecitatis obſtru
ctas ille ipſe q̃ in principio erat apȏ deũ
de⁹ vbũ ⁊ ſapiẽtia patris nũc angelorũ
ac miniſtroꝝ virtutũ legationib⁹ vtitur:
nũc ẽt ineffabili dignatione ipſe adeſt et
raꝝ ſicubi quem dei ac iuſtitie memorẽ
reperit diuinis reuelationib⁹ monitis ſa
lubrioribꝰ iſtructiõe qua decũ decebat re
formare ac reuocare de tenebris huma=
nũ nitit̃ genus (non i alia q; hominis ſpe
cie: qua ſolũ hoies doceri aliq̃d ⁊ inſtrui
ac iuuari põt) donec paulatim gẽtem in=
tegrã q̃ hebreoꝝ appellabat̃ ad ſui cultũ
venerationẽq; cõuertit. Quibus etiã vt
pote adhuc rudib⁹ ⁊ cõtagione vi tẽpo=
ris infectis ꝑ moyſen ꝓphetã typos et
adumbrationeꝫ diuini cultus ꝑ ſabbata
quedã myſtica ⁊ circũciſionẽ corpis alti⁹
aliquid i ſpũ ſignificantẽ ceteraq; huiuſ=
cemodi ꝓcepta legalia velut elemẽta ſa=
cratioris olim future eruditiõis impſſit.
Que tñ lex cũ velut initiũ quoddã luminis
mũdo huic effulſiſſet: ⁊ odoris ſui flagrã=

tia mare ac terras lõge lateq; cõpleſſet: atq; ex ipſa diuerſis in orbis ptib⁹ nidorem quẽdaƺ prudẽtiores quiq; capiẽtes legiſlatores vel philoſophi modeſta q̃q; ⁊ verecũdiora precepta atq; honeſtatis ⁊ iuſtitie conſcientia auditorib⁹ ſuis paulatim tradere atq; inſinuare cepiſſent: ⁊ aggreſtes ac feros hominũ mores ad decora atq; honeſta iſtituta reuocare: tũc amicitijs coire inter ſe viros ⁊ concordie ſubire federa docuerunt. Tunc iuuare ſe inuicem homines et vſum rerum diſcunt habere communem: donec inſtituti prudentioris docilis humana mens ⁊ ſocietatis adinuicẽ patiẽs redderet̃ vt huiuſmodi conſuetudinis ꝓluſione premiſſa apti iam parati etiã ad diuina fierẽt inſtituta: patriſq; omnium dei ſcientie capaces exiſterent.

F ¶ In quo ipſe iterũ omnium virtutum magiſter ipſe ſermo ac ratio ⁊ v̄bũ ac ſapientia dei: ipſe qui in initio cuƺ patre creauerat hominem: ipſe in quã humane quoq; nature aſſumpta ſubſtãtia ⁊ ſpecie forme ſeruilis indutus in nullo penitus ab eo qđ nos ſumus differentes tempore quo romani imperij regnũ nobilius latiuſq; cõſurgere ipſe preſtiterat ingreſſus hunc mundum communi quidem nobiſcum naſcẽdi auditu: ſed nullo autore patefacto ea egit et pertulit que de eo futura prophete predixerant. Uiri etenim diuinitus inſpirati hominẽ qui ſimul eſſet deus aduentare huic mũdo et doctorem omnium gentium paterne pietatis ac religionis futurum ſacroſanctis oraculis cecinerunt. Sed et mortis modũ quo de hac vita diſcederet vt que rurſum inuſitato more ad viuentes repedarat a mortuis et poſt hoc celuƺ adiret vnde deſcenderat atq; ad deum rediret. De quibus quãuis euidẽter quãplurimi ſignificauerint ꝓphetarum tamen vnius iudicium Danielis: ſcilicet quantum breuitatis neceſſitas indulget adhibeant. Dicit ergo de e ita. Uidebam ecce ſedes poſite erant et vetuſtus dieruƺ ſedebat et veſtimenta eius ſicut nix alba: et capillus capitis eius: ſicut lana mũda: thronus eius flamma ignis rote eius ignis adurens Fluuius igneus p̄currebat ante eum iudicium poſitum eſt et libri aperti ſunt. Et poſt hoc videbam et ecce cum nubibus celi tanq̃ filius hominis veniebat: et peruenit vſq; ad vetuſtum dierum et in conſpectu eius ꝓlatus eſt. Et datus eſt ei principatus et honor et regnum: et omnes populi tribus et lingue ipſi ſeruiunt. Poteſtas ei⁹ poteſtas eterna que non tranſiet: et regnum eius non corrumpetur. Hec omnia manifeſtiſſime de nullo alio niſi de ſaluatore noſtro qui erat ĩ principio apđ deum deus verbum dicta intelliguntur Filius etenim hominis ꝓpter hoc quod in nouiſſimis temporibus in carne natus eſt dicitur: de quo latius ſi quis ſcire deſiderat in ſuis locis aſſertiones horũ digeſſimus.

G ¶ Nomen autem hoc quod diximus chriſti quomodo etiam per prophetas olim fuerit adumbratum tempus eſt edocere. Primus ipſe moyſes volẽs oſtẽdere quid venerationis inſe nomen chriſti et myſterij cõtineret: cum iuberetur typos et imagines ſacramentorum celeſtium ſicut ei in monte fuerat oſtenſum in lege deſcribere: cumq; ritum conſtituẽdi pontificis traderet quantum mortalẽ docere fas erat eum quẽ ſupra omnes homines vt eſſet honore: ⁊ meritis decernebat per vnguenti cuiuſdam myſtica ſacramenta chriſtum nominauit. Quo per hoc diſcerent hi qui per legem inſtituebantur quia qui ſuper omnes homines honore ⁊ reuerentia habendus eſt: chriſtus nominabatur. Sed ⁊ ideƺ moyſes longe per dei ſpiritum preuidẽs qui ſibi prepararetur ſucceſſor et prenoſcẽs quod his qui poſt ſe regnum ſuſciperet. maioris ſacramenti miniſter exiſteret. Jeſum cognominauit eum qui prius naue parentum fuerat appellatione vocitatus. Sciẽs quod in eius vocabuli ſacramento maioris cuiuſdam glorie rex quã mortalis natura recipit poneretur. Igitur ita per gemina appellatiõis indicia in altero pontificatus in altero regalis forme exprimũtur inſignia. Et ieſus chriſtus tanq̃ qui rex et pontifex eſſet pariter nominatur: vt neq; in alio aliquid quod ad religionem neq; quod ad pote-

ſtatem pertinet deeſſe populus per precedentia ſacramenta myſtice inſtitutus agnoſceret. Unde et prophete acti diuino ſpiritu ſimul et impietatem iudeoꝝ et gentilium in eo preuidebant ſalutem. Et tale aliquid vnus ex ipſis cui hieremias nomen eſt precinebat. Spiritus inquit vultus noſtri chriſtus dominus cōprehenſus eſt in corruptionibus noſtris cui diximus in vmbra tua viuemus in gētibus. Sed et dauid magnificus vates hoc de eodem memorat. Quare fremuerunt gentes et populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum et aduerſus xp̄m eius. Et paulopoſt ait ex perſona ipſius chriſti. Dominus dixit ad me filiꝰ meus es tu ego hodie genui te. Pete a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam et poſſeſſionē tuā terminos terre.

H ¶ Non ſolū autē pōtifices vnguēto chriſmatis apud hebreos conſecrabātur verum et reges: qui et ipſi quoniam diuinitatis nutu per prophetas ſacrato quodam chriſmate delibuti ſortiebātur ſceptra regalia imaginariū ſ3 tamen ipſi chriſti appellabantur. Quo ſcilicet etiam in ipſis celeſtis regis imago ac ſpecies ſeruaretur. S3 ⁊ in prophetarum ordine inuenimus nonnullos ſimili modo vnguento chriſmatis conſecratos miniſterium diuinis eloquijs prebuiſſe et gnaros redditos futurorum. Ex quibus omnibus conſtat qd filius dei verbum ac ſapientia patris: quia verus rex eſt omniū ſeculorum: et quia verus pontifex eſt futurorum bonorum. ⁊ quia verus propheta eſt quippe qui inſpiret et repleat prophetias. ideo vere xp̄s nominatus eſt. Cuius nominis per eos quos ſuper enumerauimus pontifices et prophetas et reges typus et imago preceſſerat. Uerū illi quoniam vt diximus ad breue tempus vite huius chriſti appellabātur ad ſolam veri chriſti imaginem conſeruandam: quāuis compoſitione quadam myſtica conſecrati olei tamē huius que inter nos haberi ſolet materie ac liquoris vngebātur. Uerus autem hic qui de celis venerat et cui omnia qui precedebāt geſta fuerāt chriſtus non humanis opibus queſita ſumit vnguēta: ſed nouo ac ſingulari modo paterno ſpū infuſus ⁊ vnctus xp̄s efficitur. ſicut multis ante ſeculis de eo vates Eſaias predixerat ex pſona ipſius chriſti dicens. Spiritus domini ſuper me propter quod vnxit me euangelizare pauperibus miſit me predicare captiuis remiſſionem ⁊ cecis viſum. Nec ſolum Eſaias diuinis hec predixit oraculis: ſed ⁊ dauid ſimiliter inſpiratus teſtatur de chriſto dicens ad ipſum chriſtum. Sedes tua deus in ſeculum ſeculi virga equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam et odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus: deus tuus oleo letitie pre cōſortibus tuis. In quibus verbis primo quidem eum euidenter deum deſignat. Secundo vero per equitatis virgā ſceptrum in eo regale commemorat. Poſt vero etiam qualiter chriſtus effectus ſit indicat dicens: quod vnctꝰ ſit deus a deo non oleo communi ſed oleo letitie. Nec ſicut participes ſui: ideſt illi qui in imagine preceſſerāt ſed pre participibꝰ ſuis. Oleum vero letitie in ſacris voluminibus intellectu myſtico ſpirituſſanctus dignatur.

I ¶ Sed et de pontificatu eius. Idem dauid alio in loco tale aliquid archanis ſignat eloquijs tanq̄ ex perſona patris de filio pronuntiantis. De ventre inquit ante luciferum genui te. Iurauit dominus et nō penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech. Hic autem melchiſedech in diuinis voluminibus ſacerdos fuiſſe ſummi dei refertur: ſed qui non oleo communi punctus ſit: neq̄ qui ex ſucceſſiōe generis ſuſceperit ſacerdotium ſicut apud hebreos fieri mos erat. Et ideo ſecundū ordinē ipſius ſacerdos futurus dicitur. chriſtus qui non olei liquore: ſed virtute celeſtis ſpiritus conſecretur. Idcirco deniq̄ cum multi apud hebreos oleo in hoc ipſum ſolenniter conſecrato vncti ſint chriſti et ſiue reges ſiue prophete ſiue etiam pontifices per hoc fuerint inſtituti: nullus tamen ipſorum vel genti vel diſcipulis aut ſectatoribus ex ſuo vocabulo nomen dare potuit: ⁊ appellare diſcipulos chriſtiꝰ

nos niſi hic ſolus qui verus eſt chriſtus et non oleo humano ſed patre non ſpiritu perunctus. Hic ſectatorum ſuorũ populos ⁊ vniuerſam per totum mundum ſui nominis gentem ex veri chriſti vocabulo appellari fecit perhenni nomine chriſtianos.

K ⁋ Si igitur vnde genus ducat chriſtus requiris: et eius autorem rimaris qui autor eſt omnium audi quid oracula diuina per dauid magnificentiſſimũ vatem ex perſona ipſius ſummi patris loquantur. Sicut ⁊ paulo ſuperius memorauimus. De vẽtre inquit ante luciferum genui te. Et quãuis vẽtris appellatio in eo qui recte incorporeus credit̃ conuenire minime videatur: tamen tropicis ac myſticis legibus hoc eſt quod indicatur quod non extrinſecus et aliũde ſubſtituerit filiũ pater: ſed ex ſemetipſo: ac ſi dici poteſt de interioribus ſuis vt hoc ipſum ſit ille qui natus eſt quod eſt ille qui genuit. ⁊ ne adoptionis lege extrinſecus videatur aſſumptꝰ ſed quãtum appellatio ventris intelligi ſuggeret ſalua reuerẽtia incorporalitatis intrinſecus editus deſignetur veritate nature quod vero ait ante luciferum ante mundi et ante totius creature deſignat initium.

L ⁋ Diſtinctio ſane inter verum chriſtum ⁊ imaginarios illos qui prius preceſſerãt que habeatur euidens in hoc iudicium datur. quod illi priores chriſti nulli pene: niſi genti ꝓprie: cogniti ſunt: Huius autem veri chriſti non ſolum nomen: ſed et poteſtas et regnum per omnes nationes et per vniuerſum orbẽ terre diffuſum: non ſola cognitione vocabuli: ſed ⁊ diuinitatis cultu ac religionis reuerentia conſecratum eſt. In omni namq; terra tanq̃ verbum ⁊ ſapientia patris. tanq̃ deus ⁊ dominus chriſtus ieſus colitur ⁊ adoratur. ſicut diuinum de eo ꝓnuntiauit eloquium dicẽs. Quia in nomine ieſu omne genu flectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum. Et omnis lingua confitebitur: quĩ dominus ieſus in gloria eſt dei patris. Unde nõ ſolum poteſtas eius ⁊ regnum: ſed et affectus et amor tantus de eo credentium mentibꝰ inoleuit: vt etiam animas ponere pro nomine eius ⁊ ceruices ſuas perſecutorum gladijs non morientur obijcere: dũmodo ſacroſancta apud eos nominis eius fides et reuerentia conſeruetur.

⁋ Nec interim nobis neceſſario narrationem rerum preceſſerint quam perſequi inſtitutus in quibus oſtendetur nomen chriſti ieſu domini ac ſaluatoris noſtri non nouelle appellationis alicuius: aut ex carnali natiuitate ſed a deo ipſo originem ducere.

M ⁋ Quod autem recentis vocabuli xp̃ianorũ gens videtur ⁊ ritus obſeruãtie eius nuper exortus: qḋ etiã hec ip̃a nouitas in ſe vetuſtatis contineat oſtenderimus. Antiquiſſimũ pre omnibus fere gẽtibus hebreorũ genus haberi puto ꝙ nulli videatur dubitandũ ⁊ quod apud ip̃am gentem ſecretior quidam religionis cultus ⁊ obſeruantia diuinis mãdata voluminibus contineatur. In quibus etiã de nonnullis iuſtitia ⁊ pietate predictis viris refertur: quibuſdam quidẽ qui ⁊ ante diluuiũ fuerunt: alijs autem ⁊ poſt diluuium. In quibus de noe atq; eius filijs omniq; proſapia ſcribit̃ ⁊ vſq; ad abraam protenditur quem parentẽ gentis hebreorum conſtat exiſtere. Oẽs ergo illos qui ad abraam ſurſum verſus vſq; ad primũ hoiem gñationis ordine conſcribuntur: ⁊ ſi non nomine rebus tamen ⁊ religione xp̃ianos fuiſſe ſi quis dicat non mihi videtur errare. Cum enim nomen xp̃iani hoc indicet ꝙ xp̃o quis credens per eius doctrinam fidem pietatẽ ac iuſtitiã teneat: ⁊ ſtudijs diuine inhereat ſapientie atq; omne qḋ ad virtutẽ pertinet exequatur. Si igitur hec ſunt q̃ a vocabulo xp̃iani nominis inducantur et vere eũ religionis ſecratorem deſignãt. Hoc erant etiam illi ſancti de quibus ſupra diximus viri quod chriſtiani nũc eẽ profitentur. Neq; enim aut corporalis eius inerat circunciſio aut obſeruatio ſabbati. ſicut nec nobis quidem aut vlla de ciborum obſeruatione religio. vel cetera que poſterioribus per moyſen figuraliter magis ⁊ myſtice obſeruanda tradunt̃. Cũ igit̃ abſq; his oibꝰ obſeruatioibꝰ fuerit religioſi illi qꝛ ſupra memo

rauimus viri ſecuti autem ſint fidem eiꝰ
quē nos nūc ſequimur xp̄i quē frequēter
apparuiſſe eis ⁊ docuiſſe vel nouiſſe ea
que ad fidē ⁊ pietatē pertinent in ſupe=
riorib⁹ approbauimus: quomō dubita=
batur ab illis cepiſſe ⁊ ab illis eſſe dedu
ctam huius gentis originem: qui ⁊ eūdē
dominum autorem ⁊ ducem vite ſeque=
bantur ⁊ in ſimili religionis obſeruātia
perſiſtebant. Intantum denīq; hec in il=
lis premiſſa ⁊ preformata religio eſt: vt
ne ipſo quidem nomine quod certe ſolū
differentiam facere videtur habeantur
alieni. Sed ⁊ ipſos iam tunc non xp̄ia=
nos. ſed ⁊ chriſtos eſſe appellatos diui=
na teſtantur eloquia. Dr̄ eīm de illis ex
pſona dei ad alienigenas gētes. Nolite
tāgere xp̄s meos ⁊ in pphetis meis no=
lite malignari. Hec cum de abraā: ⁊ de
illis q̄ per illud tēpus ad dei cultū perti=
nebant dicta referant̄. euidētiſſime ⁊ lu
ce clarius in ip̄is ⁊ ante ipſos chriſtiano
rum genus iā tūc fuiſſe: ⁊ omnē tenuiſſe
pietatis ac religonis obſeruantiam de=
ſignant̄: quā nūc per aduentum carna=
lis p̄ntie xp̄i per oēs gētes cōmunicatā.
⁊ in omnibus impartitā nationibus cō=
ſtat. Quo ſapiētie pietatiſq; theſaurus
qui velit intra anguſtum conclaue pro
raris quibuſq; cultoribus tenebat̄ vni=
uerſum mundum fidei ac religionis pro
fuſione ditaret. Et quod prius viritim
prebebatur. nunc ſimul ⁊ ſubito genti=
bus integris ⁊ populis ac nationib⁹ in=
geratur. Quod ita futurū diuina inſpi=
ratione proſpiciens quidam eximius p
phetarū ſtupore mentis attonitus cum
admiratione exclamat ⁊ dicit. Quis au
diuit talia ⁊ quis locutus eſt ita. Si pe=
perit terra in vna die: ⁊ ſi genita eſt gēs
de Semel. Et ita in alio loco de his ip̄is
ꝙ ſermo diuinus gentē pturiendā eſſe p̄
dixerat ꝯteſtat̄ ⁊ dicit. Hjs aūt qui ſeruiēt
mihi vocabitur nomē nouum. qđ bene=
dicetur ſuper terras: autē ita nouū no=
men ꝙ chriſtianorum vocabulum genti
bus datum eſt. Nouū autem dicit nomē
nuper diſperſum non nuper inuentum.
N ¶Uerū ⁊ hoc ip̄m ita futurum et
hanc benedictionem nominis ac fidei oī
bus eſſe gentibus largiendam. nequa=
quam diuina oracula ſiluerūt. De ip̄o
namq; abraam dum adhuc eſſet in pre=
putio cōſtituturus. dicit ſermo diuinus.
Credidit Abraam deo ⁊ reputatum eſt
ei ad iuſtitiam: ⁊ amicus dei appellat⁹
eſt. Credidiſſe ergo refertur ei quem ap
paruiſſe frequenter: ⁊ inſtruxiſſe eū que
ad pietatem ⁊ religionem pertinent: ſu=
pra edocuimus. Chriſto ſcilicet per quē
omnia conſtare que geſta ſunt ⁊ gerēda
ſepe probatum eſt. A quo etiam ad ip̄m
abraam reſponſa huiuſmodi deferūtur.
Et benedicentur inquit in te omnes tri=
bus terre: ⁊ iterum. Faciam te ingentē
magnam ⁊ multam. Et benedicētur in
te omnes gentes terre. In quo euidēter
exprimitur ꝙ ille cult⁹ atq; illa fidei gra
tia. que tunc abrae ⁊ paucis illis qui ad
id temporis fide ⁊ pietate inſignes erāt
concedebatur. poſtmodum per omnes
gentes ac per omnes terras: eſſet bene=
dictionis titulo per diuinam gratiā lar=
gienda. Certū namq; eſt ꝙ ſicut ille cre=
dēs ei qui ſibi apparuit iuſtificatus eſt:
⁊ paternis ſuperſtitionibus repudiatis
ac ſpretis: dei veri p̄cepta fide atq; ope=
ribus executus eſt: ⁊ p hoc ei dicit̄ q2 be=
nedicentur in te oēs tribus ⁊ gentes ter
re. Ita ⁊ chriſtiani fide atq; operibus id
agunt vt paterne ſuperſtitions errore
depulſo: ſequantur deum quem ſecutus
eſt abraam: vt ex ſimili fide eius viuificē
tur ſicut viuificatus eſt abraam. Quid
igitur obſtat: vt non vna atq; eadem re=
ligionis obſeruantia deputetur in hjs in
quibus vnam atq; eādem fidei atq; ope
rum eſſe conſiſtit formam: ⁊ ideo non no
uella neq; peregrina eſt chriſtianorum
religio: et nuper exorta. Sed ſi fas eſt li=
bere indicare qđ verum eſt. prima om=
nium atq; ab ipſa ſimul mundi origine
ac natiuitate deſcendens: eodem chriſto
deo doctore ⁊ inſtitutore iā inde ab ini=
tio ſpeciem formamq; ſuſcipiens. Et de
his quidem iſta ſufficiant.
¶Uerum poſtea quam conſequēter ea
que hiſtoricam narrationem debuerāt
anteire premiſimus ſupereſt iam vt ⁊ a
corpali p̄ſentia dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri. ⁊
de his q̄ deinceps geſta ſunt velut itine
ris noſtri aggrediamur exordiū. Ipſum

omnipotētē verbi patrem deum ſꝫ ⁊ ipſum cuius res geritur ieſum chriſtū dominū ac ſaluatorem noſtrum celeſte dei verbum adiutoriū ⁊ autorem narrationis noſtre precibus inuocantes.

¶ Capitulū.ij. de tempore natiuitatis chriſti ſecundum carnem.

Abit ſecundo et quadrageſimo imperij ceſaris auguſti āno ab egypto vero ſubiugata: ⁊ Antonij ⁊ cleopatre interitu: in quē nouiſſima ptolomeoꝝ apud egyptū regna ceciderūt. Octauo ⁊ viceſimo autem dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s: prima aſcriptiōe cēſus cyrino ſyrie pſidēte: ſm ordinē totiꝰ pphetie q̄ de ipſo predicta eſt: in bethleē iude oppido naſcitur. Hunc aūt ſyrini tpibꝰ habitū cēſum etiā ioſephus illuſtris hebreoꝝ hiſtoriographus memorat annectēs huic narrationi: etiā galileoꝝ hereſeꝫ hiſdē exortā eſſe tpibꝰ. De qua apud nos Lucas in actibus apoſtoloꝝ meminit his verbis.

¶ Cap.iij. de iuda galileo ⁊ theoda.

Poſt hūc inquit ſurrexit Judas galileꝰ in diebus conſcriptionis cenſus et auertit populū poſt ſe: ſed ⁊ ipſe periit ⁊ oēs qui credebāt ei diſperſi ſunt. De his autē ipſis ioſephus de quo ſupra diximus in hiſtoria ſua octauodecimo antiquitatū libro hoc modo memorat. Cyrinus aūt vir vnꝰ ex ɔſenſu curie romane p ſingulos magiſtratus: vſq3 ad gradū conſulatus aſcēdēs: inter cetera quoq3 honorabilis cū paucis ſyriā venit: a ceſare ius dare gētibus miſſus: ⁊ cēſor ſimul patrimonioꝝ futurꝰ. Et poſt pauca ait. Judas vero gaulanites vir de ciuitate gamala: ſed ducum quēdā phariſeum aſſumens magnopere videbat ſollicitare plebem: aſſerēs eis q̄d a ſcripto cenſus nihil aliud q̄ aptiſſimā imponeret ſeruitutem. Simulq3 hortabat gentē ſuam: ne perderet libertatem. Sed et in ſecūda hiſtoria iudaici belli: de hoc ipſo hic ſcribit. Quo in tpe inquit vir quidā galileus iudas noīe ad diſſentionem populos cogebat peſſimū fore eis perſuadens: ſi acquieſcerent ſoluere tributa romanis ⁊ poſt deum mortalem ſuſciperēt dominatum hec ioſephus.

¶ Capitulū.iiij. de herode qui ex alienigenis venit ad regnum.

Per idē tēpus herodes primus ex alienigenarum genere ortus: regnū iudaice gētis obtinuit. Et in ipſo completur prophetia quā moyſes ante pdixerat. q̄ non deficeret princeps ex iuda: neq3 dux de femoribꝰ eius: vſq3 quo veniret cui repoſitum eſt.

A ¶ De quo etiam idem pronuntiat Moyſes q̄ ⁊ ipſe ſit expectatio gentium. Imperfectus nāq3 preſagū huius pēdebat euētus. donec ſub ppriē gentis principibus regerentur. Qui incipientis ab ipſo Moyſe qui hec pdixerat vſq3 ad auguſti imperium perdurarunt quo in tēpore primus vt ſupra dixi herodes externi generis vir: a romanis iudeorum ſuſcepit principatum

B ¶ Qui herodes (ſcdm ea quidē que ioſephus tradit) ex idumeorum gēte paternum genus: ex Arabū vero materni ſanguinis originē deducebat. Affricanꝰ autem: qui ⁊ ipſe precipuus in hiſtoriographis habetur aiūt (inquit) qui de eo diligentius explorarunt: antipatrē quēdam patrem eſſe herodis aſcalonite: qui ⁊ ipſe fuerit herodis cuiuſdā filius templi Apollinis editui. Hic ātipater ab idumeis latronibus captus admodū puer ꝑmanſit cum predonibꝰ: pro eo q̄ pater eius rei familiaris inopia filium redimere nō valeret. Uerū puer latronū vita et moribꝰ inſtitutus poſtmodum hircano cuidā iudeorum pontifici familiaris efficitur: ex quo naſcitur herodes hic q̄ ſaluatoris tēporibꝰ fuit. Hec Affricanus.

¶ Capitulū.v. q̄ herodis tempore interrupta ſit regnū ſucceſſio ſcdm Danielis prophetiam. A.

Sed cū in hominem externe gentis iudeorum deueniſſet imperiū: imminebat ſine dubio etiā illa

propheticis predicta vocibus expectatio gentium. Quippe cum defeciſſent apud eos ab origine ipſi⁹ Moyſi ſceptra principum regumq; ſucceſſio. Prius enim ꝙ̄ in captiuitatem Babylonie ducerentur regnauit apud eos Saul primus: ⁊ inde Dauid. Nam ante reges a iudicibus regebātur: qui poſt Moyſen et Jeſum ſucceſſorem eius: gentis ill⁹ tenuerant principatum. Poſt reditum vero de babylonia nō defuere eis gubernacula diſciplinis optimis inſtituta. Per pontifices et eñ rerū ſumma gerebat̄ donec pōpeius ⁊ romanoꝝ magiſtratus adueniēs hieroſolymam: vrbem quidem romanis armis oppugnaret ⁊ caperet. Sancta vero et ſacratiſſima queq; templi pollueret: ita vt ne ab ipſis quidem abditis ingreſſum temperaret hoſtilem. Eum vero qui p auitam ſucceſſionē per idem tempus regno ſimul ⁊ pōtificio fungebatur. Ariſtobolum nomine: victum cum liberis romam miſit hircano fratri eius pontificatum relinquens. Omnem vero iudeorum gentem ex illo tempore tributariā romano fecit imperio.

B ¶ Sed hircano in quem vltimum iudeorum gentis pontificatus fuerat deuolutus a parthis capto: primus ſicut ſupra dixi externi generis vir herodes per ſenatuſconſultum Auguſto imperāte: iudeorum gentis adipiſcitur gubernacula. Sub quo imminente iam ſaluatoris aduētu etiam ſalus gentium et vocatio expectata ſm ea que prophete predixerant conſecuta eſt. Ex quo vtiq; tempore interrupta ſucceſſionis ſerie ducuū vel principū qui de iude femorib⁹ deſcendebant. Conſequenti ratione ordo quoq; ſacerdotij ab auis et proauis indeclinabiliter currens repente confunditur. habes et de his idoneū teſtē ipſum ioſephum qui indicat herodē poſtꝙ̄ regnū ſibi iudeorū a romanis conceſſum eſt: nō iam ſcdm generis ordinem conſtituiſſe pontifices ſed ignobilibus quibuſque ſacerdotia permiſiſſe. Similia quoque in ſacerdotibus ordinādis egiſſe etiam ſucceſſorem eius archelaum refert. Poſtꝙ̄ iudeorum imperiū dicit recepiſſe romanos. Idem ipſe ioſephus indicat ꝗ etiā ſacram veſtem pontificis ſummi herodes occluſā ſub ſignaculo ſuo tenuerit: nec vnquam pontificibus vſum eius poteſtatem ve permiſerit. Hoc idem ⁊ ſucceſſor eius archelaus. Hunc et romani morem poſt ipſos pontificalis iniurie tenuere. Hec autem dicta ſint nobis approbare volentibus veritatem: prophetie que in aduentu domini noſtri et ſaluatoris impleta eſt. Sed ⁊ apud Danielem prophetam euidenter numerus ſeptimanarū: qui vſq; ad chriſtum ducem futurus deſignatur implet⁹ eſt. De quibus in alijs locis expoſuimus. Poſt quarū ſeptimanarum conſummationē abolendum eſſe chriſma: quod apud iudeos ſacratiſſimum ſeruabatur: idē propheta deſignat. Quod quidem manifeſtiſſime eo ipſo tempore quo dominus noſter ieſus chriſtus aduenit: probatur impletum. Hec autem a nobis pro neceſſario relato ad oſtendendam veritatem temporum teneantur.

¶ Cap. vj. De diuerſitate generationū a Mattheo ⁊ luca cōſcripta ⁊ ea ꝗ̄ de his refert africanus.

VErum quoniā de generationib⁹ chriſti varie nobis Mattheus ⁊ Lucas euangeliſte tradiderūt et contraria ſibi a quamplurimiſ dicere putantur. In quo etiam nonnulli fidelium veritatis ignorantia: cōmenta quedam pro ſuis quiſq; opinationibus conantur adhibere: etiam de hoc hiſtoriā que ad nos vſq; deducta eſt in medium proferamus.

A ¶ Affricanus cuius ſuperius fecim⁹ mentionem: ſcribens ad ariſtidem quedam de euangeliorum conſonantia: ⁊ de genealogijs que a mattheo ⁊ luca diuerſe referuntur: ceterorum quidem opiniones procul a veritate deerrantes coarguit. Ipſe autem hiſtoriam quam cōpererat: in his ipſis protulit verbis. Apud gentem in qua iſrael generationum nomina: nunc ſecundum nature nunc etiā ſecundum legis ordinem numerantur. Nature quidem ſucceſſiones habentur que ex ſeminis vel ſanguinis veritate de=

ſcendunt. Legis autem quis filius alio
generante ſubſtituitur ſub nomine fra=
tris defuncti ſine liberis. Cum enim re=
ſurrectionis inter eos ſpes needum fuiſ=
ſet accepta: per hec reſurrectionis quan
dam imitabātur imaginem: vt inā nomē
generis vitio ſterilitatis aboleret. Cum
ergo huiuſcemodi apud eos generatio=
num ordines ſeruarentur: vt quidem ex
ipſo germine: quidam ex ſubſtitutione
ab aliĳs generati aliĳs filĳ legis benefi=
cio deputarentur: a ſingulis euangeli=
ſtarum vtriuſq; modi cōmemorata ſuc=
ceſſio eſt. Id eſt vt alter eorum eum qui
genuiſſet: alter vero eum qui quaſi ge=
nuiſſe videretur exponeret. Et ita fit vt
neutrum euangelium mentiatur dum
aliud nature ordinem: aliud vero legis
exequit. Reſtinctum namq; ſibi eſt inui=
cem genus. et illud quod per Salomonē
et illud quod per natham deducitur: per
legales ſubſtitutiones que fiebant his
qui ſine liberis decedebant: et per ſecun
das nihilominus nuptias: quibus vnus
atidem aliĳs parentibus progenit⁹ alia
rū eſſe fili⁹ videbatur. Et ita fit: vt vtraq;
narratio gñationū vſq; ad ioſeph veriſ=
ſimis lineis deducatur: diuerſo quidem
ſed ſatis explorato ordine ſignata.

B ¶ Ut autem clari⁹ fiat quod dicitur
ipſas generationum conſequētias enar
rabimus. A dauid per ſalomonem gene
ratio quaz dinumerat mattheus: tertiū
a fine facit matham qui dicitur genuiſſe
iacob patrem ioſeph. Per nathā vero de
dauid lucas generationum ordinem te=
xens: tertium nihilominus eiuſdem loci
facit melchi. Dixit eñ ioſeph qui fuit he
li: quit fuit melchi. Nobis ergo imminet
oſtēdere quomodo ioſeph qui dr ſm mat
theū quidem patrem habuiſſe iacob qui
deducitur p ſalomonē: ſm lucā vero heli
q deducitur p nathā. Utq; iſti ipſi id eſt
iacob et heli qui erant duo fratres habē
tes: alius quidem nathan alius autem
melchi patrem ex diuerſo genere veniē
tes: etiam iſti ioſeph aui eſſe videantur.
Eſt ergo modus iſte mathā et melchi di=
uerſis temporibus de vno eademq; vxo
re eſt a nomine: ſingulos filios procrea=
runt: quia matham qui per ſalomonem
deſcendit vxorem eam primus accepe=
rat: et relicto vno filio iacob noīe defun=
ctus eſt. Poſt cui⁹ obitum (qm̄ lex viduā
aliĳ viro non vetat nubere) melchi qui
per natham genus ducit cum eſſet ex ea
dem tribu: ſed non ex eodem genere reli
ctam matham accepit vxorē: ex qua ipſe
ſuſcepit filium nomine heli. Per quod ex
diuerſo patrum genere efficiuntur iacob
et heli vterini fratres: quorum alter. i. iacob
fratris heli ſine liberi defuncti vxorem
ex mandato legis accipiens genuit io=
ſeph: natura quidem germanis ſuum fi=
lium propter quod et ſcribitur. Jacob au
tem genuit ioſeph ſecundum vero legis
preceptum heli efficitur fili⁹: cui⁹ iacob
quia frater erat: vxorem ad ſuſcitandum
fratris ſemē acceperat. Et p hoc rata in=
uenit atq; integra generatio: et ea quaz
mattheus enumerat dicēs. Jacob autē
genuit ioſeph: et ea quam lucam petenti
obſeruatione deſignat et vna qui puta=
batur eſſe filius ioſeph: qui fuit iacob.
Qui et ipſe ſubſonante eadem diſtinctio=
ne: heli eſſe filius putabatur qui fuerat
melchi: quia legalem hanc ſucceſſionem
q velut adoptiōe quadā erga defunctos
cōſtat magiſq; germinis veritatē: cōpe=
tēti: ſatis per hoc deſignauit indicio ob=
ſeruans euangeliſta: ne oīno in huiuſce=
modi ſucceſſionib⁹ genuiſſe aliquē nota=
ret: p quod digna diſtinctione non deſcē=
dens: ſed aſcendens vſq; ad adam: et ad=
ipſum vſq; peruenit dominum.

C ¶ Hec autem non nobis ad ſubitum
reperta: aut abſq; vllis autoribus com=
mentata ſunt: ſed ipſi hic ſaluatoris no=
ſtri ſecūdū carnē propinqui ſeu ſtudio tā
ti ſeminis demonſtrandi ſeu edocendi q
ſecundum veritatem geſta ſunt tradide
runt. Attēdētes etiam hoc: ꝙ cum idu=
mei latrones aſcalonitate ciuitati irruē
tes et de apollinis templo quod muro vr
bis adherebat cum ceteris ſpoliĳs etiā
antipatrem herodis cuiuſdā editui filiū
captiuum dirapuiſſent accidiſſe poſtmo
dum: vt ad amicitias hircani pontificis
antipater perueniret. Cuius principatū
quod in quamplurimis iuuiſſet: defun=
cto eodem hircano Herodi filio ſuo a ro
manis p ambitionem regnū iudee acce=

perit. Uerum hec ⁊ in alijs grecorū hiſtorijs deſignant. Sed illud ꝑcipue ſupradicti viri memorie tradiderūt: ꝙ per idē tēpus oēs hebreorū generatiōes deſcripte in archiuis templi ſecretioribus habebātur. In quibus etiā alienigenarū quorūꝗ̄ cōtinebantur origines: ſicut achiorꝰ ex amānitis ⁊ ruth ex moabitidis: alij etiā ex egypto qui dicuntur iſrahelitis eſſe cōmixti. Uerum herodes cum ſummā poteſtatem teneret: videns quod huiuſcemodi generis indicia ſi permanerent obfuſcationis ſibi plurimum quererent: ignobilitatis ſue conſcientia exagitatus omnes libros in quibus conſcriptio generis habebatur: iuſſit incēdi exiſtimās ſe nobilem videri poſſe: ſi nouitius eſſet: ⁊ aduena iſrahelitici gener; nullis ꝯſcriptionum faſtibus vrgeretur. Uerum fuere tum pauci diligētes ⁊ ſtudioſi viri: ꝗ vel deſcriptos ex parte aliqua huiuſcemodi libros domi haberent: vel etiam memoriter auite ordinem proſapie retinerent. Precipue quod demiſſa a proauis nobilitas conualebat. Ex quibus fuerunt ⁊ ij quos paulo ante memorauimus de ſpoſyneo. i. heriles vel dñicij appellati propter propinquitatem generis xp̄i qui et nazarei fuerūt ex vico cochaba iudeorū quiꝗ̄ per omnem regionē circuncuntes ordinē ſupradicte generationis partim memoriter: partim etiā ex dierum libris inquātū erat poſſibile perdocebāt. Quibus ita a nobis inquantū diligentia potuit perſcrutatis euidentiſſime euangeliorum per hoc veritas declaratur. Hec ſunt que ab aphricano didicimus. Hoc itaꝗ̄ modo in ioſeph patrū generatione deducta; dubitari iam nō poteſt de Maria que eiuſdem generis atq; eiuſdē tribus extiterit. Siquidem ſecundū legem moyſi nō licebat in diuerſis tribubꝰ nuptias permiſceri: ſed vni ex eodem populo atꝗ̄ ex eadem familia innupta precipitur copulari: vt ne permixtione coniugij etiam ſors hereditatis deducatur in dubiū: ⁊ de alia tribu contra fas ad aliā transferatur: ſed de his ſatis dictum eſt.

¶ Capitulum. vij. de nece infantium apud Bethleem et Magorum preſentia.

Chriſto igitur ſcḋm prophetie fidem nato in bethleem iude temporibꝰ ſupradicti herodis de orientis partibus aduentantes quidam viri ex magorum gente percūctantur ab herode: vbinam eſſet rex qui nuper natus eſt iudeorum: affirmantes vidiſſe ſtellā eiꝰ in oriente: que ſibi etiam dux itineris extitiſſet cauſam vero tante ꝓperationis adorandi ac venerādi nuper editi regis eſſe. Quibꝰ ille auditis incredibiliter deterretur: verēs ne ſtatus ſui periclitaretur imperij. Accerſitis ergo legis doctoribus percunctaṫ vbinā xp̄m naſci ſperarent. Ut vero ex michee oraculis locꝰ natiuitatis eius apud bethleem deſignatꝰ eſt: vno precepto rex omnes lactantes pueros non ſolū apud bethleē: ſed et in oībus finibus eius abimis ⁊ iuſra: ſcḋm tp̄s qḋ explorauerat a magis interimi iubet: ſi quō ēt ieſu cū equeuis poſſit extinguere. Sz ꝑuenit regis inſidias puer adductus in egyptum: parētibꝰ de dolo regis angelo prenuntiante cōmonitis.

¶ Capitulum octauum de cruciatibus ipſius herodis qui necari iuſſit infantes.

Uerum hec etiā ſacris euangelij vocibus edocemur opere ꝑcium eſt crudelitatis herodis ī xp̄m ⁊ equeuos eiꝰ videre mercedem. Statim nāꝗ̄ nec mora vltio in eum diuina conuertit: que non ſolū preſens inferret exitum.

A ¶ Uerum ⁊ quibus poſt interitū ſupplicijs eſſet cruciandus oſtenderet. Longum eſt ſi proſperitas imperij eiꝰ quibꝰ ad illud tempꝰ vſꝗ̄ pollebat domeſticis referam gladibus obſcuratas: ignominiam matrimonij funera liberorū quorū tamen ipſe extiterit parricida: ſororis ēt propinquorūꝗ̄ oim ſi exequar clades: tragedia magis quā hiſtoria texi videbitur. De quibꝰ tamen ſi quis ſcire vult Joſephus plenius refert.

B ¶ Igitur cum pro ſacrilegio quod in ſaluatorem cōmiſerat ⁊ ſcelere quod in equeuos eiꝰ pergerat vltio eum diuina

vigeret in mortem:quem dederit exitū nō puto indecorū ſi ipſius ioſeph in ſeptimodecimo libro antiquitatū hec referentis ſermonib⁹ explicemus. Herodē(inqt) porro et maior indies morbus vigebat ſupplicia commiſſi dudum ſceleris expetens. Lento nāq₃ igne extrinſecus in ſuperficie corporis vrebatur intrinſec⁹ vero vaſtum condebatur incēdium. Auiditas inexplebilis ſemper inerat cibi:nec tamen ſatiari vnq₃ rabidis incitata faucib⁹ valebat ingluuies. Inteſtina intrinſecus vlceribus obſepta:dolorib⁹ quoq₃ colli ꝙ maxime cruciabatur. Humor liquidus et liuidus erga pedes tumidos oberrabat ⁊ ab inferioribus partib⁹ pube tenus tumore diſtentus:ſed et verenda ipſa putredine corrupta ſcatere vermibus. Spiritus quoq₃ incredibilis inflatio et tentigo obſcena ſatis ⁊ exécranda. His aūt oībus doloribus fetor dirior.vl ex mēbrorum putredine:vel ex reſpiratiōe anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatibus feſſo nulle ſufficere vires ad tolerantiam poterant. Dicebant ergo his quibus diuinandi peritia eſt diuinit⁹ has penas ab imperatore deo ob multa eius impie et crudeliter geſta depoſci. Hec quidē in ſupradicta hiſtoria refert vir de quo paulo añ memorauim⁹.

¶ Sed in ſecūdo libro idem hiſtoriographus ſimilia nihilominus de eodē ſcribit hoc modo dicens. Poſt hoc vero omne corpus eius morbus inuadens diuerſo cum ſibimet corruptele genere vendicabat. Febris nāq₃ vna parte lenta vexabat prurigo ex alia parte itolerabilis per oēm corporis diffuſa ſuperficiē. Colli quoq₃ creberrim⁹ dolor pedes pubeten⁹ hydropis abſcederat tumor. Uerenda corrupta putredine ⁊ ſcatentia vermib⁹ horreſcebant. Inflationes etiam tortuoſi ſpūs ⁊ crebra ſuſpiria conuulſis admodum producta viſcerib⁹ ita vt diceretur a vatibus non morbi corporis hec ſed diuine vltionis eſſe ſupplicia. Qui cum tot morbis etiā feralibus vigeret tamē ſpem adhuc viuendi gerens de medelis atq₃ remediis cogitabat. Deniq₃ trāſito iordane aquis calidis q̄ apud calleroē ſunt vtebatur que etiā potantib⁹ commode dicuntur. Uiſum eſt autem medicis ēt oleo calido omne corpus fouēdum Cumq₃ depoſitus fuiſſet in huiuſcemodi fomentoata reſolutus eſt omnibus membris:vt etiam oculi ipſi e ſuis ſedibus ſoluerentur.

¶ Capitulum ix. De crudelitate herodis quā mortis ſue tempore ꝑpetrauit.

Deportatur exinde hierico ⁊ ſamulorū plāctibus ammonit⁹ vbi deſperare cepit militibus quidem quinquagenas dragmas diuidi iubet. Diutius vero et amicis ſuis plurimum pecunie largitur. Ipſe autē furore iam plenus ⁊ ipſi vt ita dicā minitans morti fertur in facinus execrabile. Etenim ex ſingulis quibuſq₃ vicis vel caſtellis ſiq nobiliores et primarij erant viros ex omni iudea ad ſe colligi et recludi iubet in loco qui dicitur hypodromus. Accerſita tamen ſorore ſua ſalomone atq₃ eius viro nomine alexan. Noui inquit iudeos de meo interitu gauiſuros:ſ₃ potero habere lugentes ⁊ exequi honorabiles ex plangentium multitudine ſi volueritis vos meis parere preceptis. Hos omnes quos in cuſtodia haberi iuſſi totius iudee nobiles viros ſtatim vt ego ſpiritū exhalauero interficite i hoc ipſum militibus ꝑparatis:vt omnis iudea et omnis domus etiam inuita defleat obitū meū.

¶ Et poſt pauca idem ioſephus ait. Rurſum autem nam ⁊ cibi auiditate ⁊ tuſſis conuulſione diſtendebatur. Cum ex dolorum violentia iam vite exitum adeſſe ſentiret malo accepto cultrum popoſcit. Solebat enim p ſemetipſum purgatum ſic pomum atq₃ inciſum edere. Tūc deinde circunſpectans ne quis eſſet qui ꝓhiberet eleuauit in ſemetipſum dexteram ictumq₃ librauit. Adhuc idem proſequitur ſcriptor ꝙ paulo anteꝙ nouiſſimum ſpiritum redderet:tertium poſt duos q̄s ante necauerat filium ſuū preceptis impijs iugulaſſet atq₃ ad vltimam lucē ſicut non abſq₃ maximis doloribus corporis:ita etiam nec abſq₃ parricidij piaculis aufugiſſet. Talis igitur herodis exitit finis que digna ſupplicia ſcelere q̄s

in bethleē erga paruulos geſſerat:⁊ pro inſidijs dñi nr̄i ac ſaluatoris exactꝰ eſt.

¶ Capitulum decimum de archelai regno poſt herodem.

DE ſucceſſiõe vero eius hiſtoria nos euangelica perdocet qd̕ poſtea quã per angelum cõmonitus ioſeph ſublato puero ⁊ matre eius de egypto redijt ad terram iudeam. Audiens inquit euangeliſta quia archelaꝰ regnaret pro herode patre ſuo timuit illo ire. Commonitus autem in ſomnis abijt in partes galilee. Huic aũt euangeliſte veritati conſona ſcribit etiam ſupradictus hiſtoriographus: diligẽter hoc exequẽs quomodo ex teſtamento herodis patris ſui adiudicante etiam ceſare auguſto regni iudeorũ ſucceſſor extiterit archelaꝰ ⁊ vt poſt decem annos imperio deuolutus ſit vtqꝫ philippus et herodes iunior frater cum liſania in terra archias diuiſum iudee regnum regebant.

¶ Capitulũ.xi. qd̕ falſa eſſe acta que iudei proferũt etiam ioſephi teſtimonio ex cõſonatiõe tẽporũ cõuincãtur.

IDẽ quoqꝫ ipſe hiſtoriographꝰ in decimooctauo libro refert duodecimo anno tyberij ceſaris (qui auguſto ſeptem ⁊ quinquaginta annis principatu poſito ſucceſſerat) pontium pilatũ iudee procurationem ſuſcepiſſe: atqꝫ inibi p decẽ cõtinuos annos vſqꝫ ad ipſum pene finem tyberij perduraſſe. Ex quibꝰ omnibus figmentum impudens euidenter arguitur actorumqꝫ recenti conjecta plaſmate aduerſus xp̄m dominum proferũtur. In quibus primo omniũ temporis ipſius ratio coarguit falſitatẽ. Quarto nãqꝫ conſulatu tyberij (qui cõſulatus ſeptimo anno imperij eiꝰ fuit) piaculi in ſaluatorem commiſſi tempus falſa hec acta perſcribunt. Quo in tempore euidẽter oſtenditur ne miſſus quidem adhuc ad iudee procurationem pilatus ſecundum ioſephi probatiſſimi hiſtorici teſtimoniũ. Qui pleniſſime deſignat duodecimo anno tyberij ceſaris iudee procurationem ſuſcepiſſe pilatum. Conſonanter autem in his cum hiſtorico euangeliſta concordat: quintodecimo dicens anno tyberij ceſaris (in quo quartus erat pilati procurationis annus, cũ etiam iudee tetrarche haberent herodes ⁊ liſias philippus) dominum ⁊ ſaluatorem noſtrum ieſum chriſtum ⁊ fuiſſe annorum triginta: quando ad ioannem baptizãdus aduenit. Tunc etenim initium euangelice predicationis inſtituit.

¶ Capitulum.xij. qꝫ a pontifice Anna vſqꝫ ad Caypham quatuor pontifices fuerint: ⁊ ſingulis annis adminiſtrauerint pontificatũ in quibus predicatio chriſti completa eſt.

REfert autẽ eũ diuina ſcriptura omne doctrine ſue tp̄s exegiſſe ſub pontificibus anna ⁊ caypha: quo ſcꝫ anne pontificatus tempore incipiẽte docere ceperit: ⁊ vſqꝫ ad initiũ cayphe perſtenderit. In quibus ſpatijs vix toti quatuor cõcluduntur anni. Legalibꝰ porro preceptis iam per illud tempus vt ⁊ ambitione ceſſantibus nulli quippe pontificatus honor vite vel generis reddebat. Sed romana poteſtate alijs nunc: item alijs ſumma ſacerdotij preſtabatur: ita vt annuis ſucceſſionibus mutarentur.

A ¶ Deniqꝫ idem ioſephꝰ refert quatuor per ordinẽ vſqꝫ ad caypham pontificatus officio poſt annam eſſe perfunctos his verbis ſcribens. Ualerius gratus anna ſacerdotio deturbato iſmaelum pontificem deſignauit filium baffi.

¶ Sed ⁊ hunc non multo poſt abijciens elezarum anani pontificis filium pontificatui ſubrogauit. Poſt annuꝫ vero etiã hunc arcet officio: ⁊ ſimoni cuidam cayphe filio põtificatus tradidit miniſteriũ: quo non amplius et ipſe quã vnius anni ſpatio perfunctus ioſephum (cui ⁊ caypas nomen fuit) accepit ſucceſſore ac per hoc omne tempus quod dominus ⁊ ſaluator noſter in terris docuiſſe perſcribitur intra quadriẽniũ tẽporis ſpatia coartatur. In quo quatuor iſte quas ioſephꝰ memorat ſucceſſiones pontificum cum deſcribũtur vix per annos ſingulos mi=

niſtrare.Conſonanter igitur ſecundum ea que ſcripſit caypham pontificē anni illius quo ſaluator paſſus eſt etiā euangelij ſcriptura deſignat.

B ¶Igitur dominus ⁊ ſaluator noſter non multo poſt initium predicatiōis ſue duodecim ex omnibus diſcipulos aſſumpſit.Quos et ceteris ſectatoribus ſuis preferens ſpeciali quodam electiōis priuilegio apoſtolos nominauit.Cuius nominis virtus miſſos indicat.Sed ⁊ alios poſt hos elegit ſeptuagintaduos ⁊ ipſos binos per loca ⁊ vrbes ad quas ipſe acceſſurus erat premiſit.

¶Capitulum.xij. de Joanne baptiſta teſtimonium Joſephi:⁊ quod aſſerit eum iuſtum fuiſſe ⁊ ob eius nec eſt vindictam in iudeos eſſe prerogatam.

VErum breuiſſi

interiecto tēpore Joannes baptiſta ab herode filio herodis capite punit.De quo et in euangelijs quidem refertur.Cōcord. vero teſtimonio etiā ioſephus de hoc ſcribit nominatim etiā de herodiade cōmemorans velut de cōiugio fratris philippi viuentis violenter abſtracta ⁊ ſuis ab herode inceptis nuptijs ſociata ,ppria ⁊ legitima vxore depulſa: quam herodiadem filiam fuiſſe dicit arethe regis arabie:propter quam etiam ioānem baptiſtam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoq exortum inter arethā dicit ⁊ herodem tanq ob ignominiam filie vindicandam.In quo bello exercitū refert herodis extinctū.Hec autem omnia accidiſſe propter piaculum quod in nece ioānis amiſit.Idem quoq ioſephus iuſtiſſimum ſup omnes ioannem fuiſſe ſm euāgeliorum fidem ⁊ ab herode propter herodiadem capite ceſum refert. Propter quam etiam regno cum memorat eſſe depulſum atq in exilium apud viam nam galilee vrbem truſum.Hec in octauodecimo antiquitatum libro his ipſis quibus infra annotatum eſt ſyllabis ſcribit.Quibuſdam (inquit) iudeorū videbatur ideo periſſe herodis exercitū q in eum ſatis iuſte vltio diuina cōmota ſit pro vindicta Joannis qui vocatur baptiſta:quem puniuit herodes virum valde bonum:q precipiebat iudeis virtuti operam dare iuſtitiam inter ſe inuicem cuſtodire:etiam ⁊ eū ſeruare pietatē per baptiſmum in vnū coire.Hoc enim pacto baptiſmum acceptabile fore:ſi nō ſolū ad abluenda peccata ſumatur:verum ⁊ ad caſtimoniam corporis atq ad anime iuſtitiam purificationemq ſeruetur:omniumq pariter virtutum velut ſignaculum ⁊ cuſtodia quedā fidelis habeatur.Que cū ab eo precepta huiuſcemodi docerentur atq ad audiendum eū per plurima multitudo concurreret: virtus herodis ne forte docti ine eius pſuaſione populi a ſuo regno deicecrūt(Uidebat enim quod preceptis eius ac monitis obedire in omnib9 plebs eſſet parata)melius credidit princeps noui aliqd fieret anticipare hominem nece.q poſtmodum turbatis rebus ſeram plenitudinem gerere.Ex ſola igitur ſuſpitione herodis vinctus in caſtellum macheronta adducitur Joannes ibiq capite obtruncatur.Hactenus de Joanne.Sed et de ſaluatore noſtro domino in eiſdem hiſtoriarum ſuarum libris eidē ioſeph9 ita ſcribit.

¶Capitulum.xiiij.de teſtimonio ioſephi de chriſto.

FUit autem

hiſdem temporibus ieſus ſapiens vir:ſi tamen eum virum nominari fas eſt:erat enim mirabilium operum effector doctorq hominum eorum qui libenter que vera ſunt audiunt.Et multos quidem iudeorum multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit Chriſt9 hic erat. Hunc accuſatione primorum noſtre gētis virorum cum pilatus in crucem agēdum eſſe decreuiſſet non deſeruit eos qui ab initio eum dilexerant Apparuit enim eis tertio die iterum viuus ſcdm q diuinit9 inſpirari pphete vel hec vel alia de eo innumera miracula futura eſſe predixerant.Sed ⁊ in hodiernum diem xpianorum qui ab ipſo nuncupati ſunt ⁊ nomen perſeuerat ⁊ genus hic ....

the hebreoꝝ ſcriptoꝛ olim ſuis libꝛis inſerta tam de Joāne baptiſta ꝙ̄ etiã de dño ꝛ ſaluatoꝛe noſtro tradiderit: q̄ð vltra effaſum. que excuſatio impudentib⁹ et perfidis remanebit. Quominus de falſitate geſtoꝝ q̄ poſtmodū cōfixerūt aptiſſime cõuincant. Sed de his iſta ſufficiãt.

B ❡ Apoſtoloꝝ aūt dñi ꝛ ſaluatoꝛis noſtri nomina q̄ referãtur ex ipſis euāgelijs omnibus palā eſt. Septuaginta vero diſcipuloꝝ vocabula nuſq̄ quidē reperimus ſcripta. Dicitur tñ vnus ex ipſis eſſe barnabas. Cuius etiã in actibus apoſtoloꝛum mētio facta eſt. Sed et paulus nihilominus ſcribens meminit eius deniq̄ ipſum dicūt eſſe qui cum ſoſthene ꝛ paulo coꝛinthis ſcribit. Clemēs vero in quarto diſputationum libꝛo cephe mentionē facit de quo paulus dicit. Cum aūt veniſſet cephas anthiochiam in faciem ei reſiſtit. Et dicit eū vnū eſſe ex ſeptuaginta diſcipulis cognomine petri apoſtoli. Sed ꝛ mathiam ex ipſis eſſe dicit: qui ꝓ iuda aploꝝ numero ſubꝛogatus eſt ꝛ eū qui cum ipſo eſt ſtatutus ad ſoꝛtē. Tatheū quoq̄ vnū ex ipſis fuiſſe tradūt. De quo ꝛ hiſtoꝛiam que ad nos vſq̄ ꝑuenit exponere neceſſarium duco. Nā ꝛ plures quā ſeptuaginta fuiſſe diſcipulos ſaluatoꝛis inuenies: ſi obſerues ea que paulus indicat dicens poſt reſurrectionē appar[u]iſſe dñm primū quidem cephe: poſtea illis vndecim: et poſt hos amplius ꝙ̄ quingentis fratribus ſimul. Ex quibus quoſdā doꝛmiſſe dicit plurimos aūt adhuc permanere eo tp̄e quo hoc ſcribebat. Poſt etiā dicit eum viſum eſſe iacobo qui erat vnus ex his qui fratres ſaluatoꝛis appellabãtur. Cum deinde tanq̄ preter hos duodecim ad eoꝛum tñ ſimilitudinem eſſent alij quidam apoſtoli ſicut ꝛ ipſe erat paulus addit et dicit. Poſtea apparuit apoſtolis omnibus. Nouiſſime autem viſus eſt ꝛ mihi. Sed ꝛ de his iſta ſufficiant.

❡ Cap. xv. de narratione abagari rege.

Narratio vero quam de tatheo ꝓmiſimus hunc habet modū Dñi et ſaluatoꝛis noſtri ieſu xp̄i diuinitas cū pro mirabili virtutis opere per omnē locū celebraret in numeros tam de vicinis ꝙ̄ de peregrinis ꝛ lōge poſitis ꝓ remedioꝝ ꝛ cure virtutib⁹ inuitabat ſi qui p̄cipue moꝛbi alicuius egritudine laboꝛarēt. Unde ꝛ rex quidã abagarus noīe gentis vltra eufratē poſite principatū nobiliter tenēs moꝛbo quodã coꝛpis irremediabili ꝙ̄tū inter hoīes tenebãtur. Qui cum de noīe ieſu ꝛ de mirabilib⁹ virtutū eius audiſſet ſupplex ꝛ per epiſtolā ſanctus exoꝛat miſſo in eum homine diutini moꝛbi vinculis q̄bus tenebaẗ abſolui. Sed ad preſens q̄dam a dño coꝛpoꝛis eius cura differtur. Dignus tñ efficitur reſcripto plene ſaluatoꝛis. In qua ſimul etiam ꝓmittitur ei q̄ nō multo poſt deſiderij ſui cōſequeretur effectum. Deniq̄ poſt reſurrectionem atq̄ aſcenſionē domini ad celos Thomas apoſtolus ex cōmonitione diuina tatheū quēdā vnū ex ſeptuaginta diſcipulis ad ediſſenam ciuitatē euangeliſtā ꝛ p̄dicatoꝛē v̄bi dei emittit ſimul ꝛ que a dño promiſſa fuerãt impletur ū. Hoc in archiuis publicis ediſſene ciuitatis in q̄ tūc ſupradict⁹ abagarus regnauit: ita deſcripta reperimus i his chartis q̄ geſta regis abagari ſeruata antiquitus continebãt. Et vt euidens dictoꝛum veritas fiat ipſarū exemplaria epiſtolarū ex ſyroꝝ lingua tranſlata ponemus. Exemplar epiſtole ſcripte a rege abagaro vel toparca ad ieſum et miſſe hieroſolymam per ananiam curſoꝛem.

C ❡ Cap. xvi. de exēplo abagari ad dominum ieſum miſſe hieroſolymā per ananiam curſoꝛem.

Abagarus vchame fili⁹ toparca ieſu ſaluatoꝛi bono q̄ apparuit in locis hieroſolymoꝛum ſalutem. Auditū mihi eſt ꝛ de te ꝛ ſanitatibus quas facis q̄ ſine medicamentis aut herbis fiant iſta parte: ꝛ q̄ verbo tātū cecos facis videre claudos ambulare ꝛ lepꝛoſos mundare ꝛ immūdos ſpūs ac demōīa eijcis. ꝛ eos qui longis egritudinibus affligtãtur curas ꝛ ſanas. Moꝛtuos q̄q̄ ſuſcitas. Quibus oībus auditis id ſtatui in aīo meo. vnū eſſe de duobus aut q: tu ſis deus ꝛ deſcende

deſcẽderis de celo vt hec facias aut ꝙ filius dei ſis qui hec facis. Propterea ego ſcribẽs rogaueriȝ te: vt digneris vſq̃ ad me fatigari ⁊ egritudinẽ meã qua iã diu laboro curare. Nã ⁊ illud ꝯperi ꝙ iudei murmurãt aduerſum te ⁊ volũt tibi inſidiari. Eſt aũt ciuitas mihi parua ꝗdem. ſed honeſta que ſufficiat vtriſq̃.

¶ Exemplũ reſcripti ab ieſu ꝑ ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

¶ Capitu. xvij. de exemplo reſcripto ab ieſu per ananiam curſorem ad abagarum toparcam.

Beatus es qui credidiſti in me cũ me ipſe non videris. Scriptũ eſt enĩ de me. qꝛ hi q̃ me vident non credent in me: ⁊ q̃ nõ vidẽt me ipſi credent: ⁊ viuẽt. De eo aũt ꝙ ſcripſiſti mihi: vt veniã ad te oportet me oĩa ꝓpter q̃ miſſus ſuȝ hic explere: ⁊ poſtea ꝙ̃ impleuero recipi me ab eo a q̃ miſſus ſum. Cũ ergo fuero aſſumptus mittam tibi aliquem ex diſcipulis meis vt curet egritudinẽ tuam ⁊ vitã tibi atq̃ his qui tecum ſunt preſtet.

appellauerat a feſto trãſmiſ=
ſus eſt: ⁊ fruſtratas inſidias
quas ei intenderãt vidẽt in iacobũ fra=
trem dñi immanitatem nequitie ſue ver
tũt cui epiſcopalia in hieroſolymis dela
ta ab aplis fuerat ſedes quẽ hoc modo
adorata ſunt:productũ in me-|diũ abnega
re eum fidẽ chriſti corã omni populo ex=
petunt. At ille citra omniũ opinionẽ vo=
ce ſatis libera ⁊ multo maiore quã vel=
lẽt coram vniuerſo populo cũ omni fidu=
cia profitetur filiũ eſſe dei ſaluatorẽ ⁊ do
minũ noſtrum ieſum chriſtum. Tum illi
nõ ferentes tam graue ⁊ tã liberum te=
ſtimonium viri:pro eo maxime qꝺ iuſtiſ=
ſimus apud oẽs habebatur ob religioſe
⁊ continẽtiſſime vite merita in necẽ eius
vertuntᷓ fauente ſibi occaſione temporis
ex morte rectoris. Cõtingit enim feſtum
per idẽ tempus obire apud iudeã:⁊ ſine
rectore ac principe eſſe prouinciam. Nã
mortis iacobi modus iam quidem ⁊ in
ſuperioribus a nobis clementis ſermoni
bus indicatus eſt:cum de prima templi
eum precipitatum ⁊ fullonis percuſſum
vecte deſcripſit. Exploratius tamen de
eo egeſippꝰ ꝗ poſt ipſas ſtatim primas
apoſtolorum ſucceſſiones fuit in commẽ
tariolum ſuorum libro his verbis refert.
Suſcepit inquit eccleſiam cum apoſto=
lis frater domini iacobus qui ab oĩbus
cognominatus eſt iuſtus:ab ipſis domi=
ni temporibus perdurans vſqꝫ ad nos.
Et multi quidem iacobi vocati ſunt. Sȝ
hic ex vtero matris ſue ſanctꝰ fuit: vinũ
⁊ ſiceram non bibit:ſed neqꝫ animal mã=
ducauit. Ferrum in caput eius non aſcẽ
dit:oleo non eſt perunctus balneis non
eſt vſus. Huic ſoli licebat intrare in ſan=
cta ſanctorum. Neqꝫ enim laneo vteba=
tur indumento:ſed tantum ſindone. So=
lus ingrediebatur templum ⁊ iacebat ſu
per genua ſua orans ꝓ populi indulgẽ=
tia:ita vt orãdo callos faceret in genibꝰ
admodum cameli ſemper genua flecten
do:nec vnqꝫ ab oratione ceſſando. Itaqꝫ
pro incredibili hac continentia ⁊ ſumma
iuſtitia appellatꝰ eſt iuſtus:⁊ oblias qꝺ
eſt interpretatum monimẽtum populi et
iuſtitia ſicut ⁊ prophete indicarũt de eo.
B ¶ Quidam ergo de ſeptem hereſi=
bus que erãt in populo de quibus ſupe
rius ſcripſimus interrogabant eũ qꝺ eſ
ſet hoſtium ieſu. At ille dicebat hunc eſ=
ſe ſaluatorem. Ex quibus aliquanti cre=
diderunt quia ieſus eſt chriſtus. Ille au
tem hereſes quas ſupradiximus nõ cre
diderunt neqꝫ ſurrexiſſe eum:neqꝫ ventu
rum vt retribuat vnicuiqꝫ ſecundũ ope
ra ſua. Qui vero crediderint per iacobũ

crediderunt. In quibus cum multi etiã
ex principibus credidiſſent: perturbatio
erat iudeorum ⁊ ſcribarum ac phariſeo
rum dicentium nihil iam ſupereſt quin
oĩs populus credat in ieſum qḋ ipſe ſit
chriſtus. Cõuenientes igitur ad iacobũ
dicebãt ei. Oramus te vt reuoces popu=
lum. quia ecce errat in ieſum putans ꝙ
ipſe ſit chriſtus. Deprecamur ergo te vt
ſuadeas omnibus conuenientibꝰ in die
paſche de ieſu. Tibi enim omnes obtem
peramus: ⁊ de te tam nos ꝙ̃ populus te
ſtimonium inferimus. quia iuſtus es et
perſonam nullius accipis. Tu ergo ſua
de populo de ieſu ne erret: quia omnes
tibi obedimus. Aſcẽde itaqꝫ in excelſum
locum pinne templi. vt in edito poſitus
appareas omnibꝰ. ⁊ verba tua audian=
tur a cunctis qꝛ in die paſche conuenit
nõ ſolum iudeorũ: ſed ⁊ gentilium multi=
tudo. Statuerunt igiť ſupradicte ſcribe
⁊ phariſei iacobum ſupra pinnam tẽpli:
⁊ voce magna clamantes ad eum dicũt.
Uirorum iuſtiſſime cui omnes obtempe
rare debemus. quoniam populus erat
poſt ieſum qui crucifixus eſt: enũtia no=
bis ꝙ ſit hoſtium ieſu. Tum iacobus ad
eos ingenti voce reſpondit. Quid me in
terrogatis de filio hominis. Ecce ipſe ſe
det in celo a dextris ſumme virtutis et
ipſe venturus eſt in nubibus celi. Cũqꝫ
hac reſpõſione ⁊ teſtimonio iacobi mul=
tis ſatiſfactum eſſet ⁊ libenter audiſſent
que iacobus cõteſtatus eſt. ceperũt glo=
rificare deũ ⁊ dicere: o ſanna filio dauid.
Tunc rurſum ſcribe ⁊ phariſei ceperũt
adinuicem dicere. Malefecimus tale te=
ſtimonium preſtare de ieſu. Sed aſcẽda=
mus ⁊ precipitemus eũ deorſum: vt cete
ri terreantur et non credant ei. Simul
⁊ voce magna clamauerunt dicentes. O
o. ⁊ iuſtus errauit. ⁊ compleuerunt ſcri=
pturã que in Eſaia ſcripta eſt dicentẽ.
Auferamus iuſtum: quoniã inutilis no
bis eſt. propterea fructum operum ſuo=
rum manducabunt. Aſcẽderunt ergo et
precipitauerunt eum ⁊ dicebant adinui
cem Lapidemus iacobũ iuſtum. Et ce=
perunt eum vrgere lapidibus. Qui de=
iectus non ſolum mori nõ potuit. ſed cõ=
uerſus ſuper genua ſua procumbens di
cebat. Rogo te dñe deus pater remitte
eis peccatum non enim ſciunt quid fa=
ciunt. Cumqꝫ eũ talia orantem deſuper
lapidibus purgerent vnus ex ſacerdoti
bus de filiis rechab: filii rechabim (de q=
bus proteſtatur Hieremias propheta)
exclamauit dicens. Parcite queſo quid
facitis. Pro vobis orat iuſtus hic quem
lapidatis. Tunc vnus ex ipſis fullo arre
pto fuſte: in quo res exprimere ſolent: ce
rebro eius illiſit. Et tali martyrio con=
ſummatus eſt ac ſepultus in eodem lo=
co prope templum. Hic eſt qui extitit ve=
ritatis teſtis iudeis ⁊ gentibus: qꝛ ieſus
eſt chriſtus.

C ¶ Et nõ multopoſt oppugnatio cõ=
ſecuta eſt veſpaſiani. Hec latius quidẽ
ſed conſonanter clementi. Etiam ege=
ſippus retulit qḋ ita mirus quidem. et
apud omnes homines opinatiſſimus in
obſeruatione totius iuſtitie iacobus ha=
bebatur: vt et iudeorũ prudentes quiqꝫ
crederent hanc eſſe cauſam ſtatim con=
ſecute oppugnationis hieroſolymorum
qḋ in illũ ſceleratas iniecerint manus.
Et ioſephus ita ſibi videri euidenter iu=
dicat per hec. Que omnia inquit accide
runt iudeis pro vindicta iacobi iuſti qui
erat frater ieſu qui diciť chriſtus. Quem
iuſtiſſimum ⁊ piiſſimum omniũ confeſſio
ne virum iudei interfecerunt. Idemqꝫ
etiam mortem eius in viceſimo antiqui=
tatum libro his verbis deſignat. Mittit
autem ceſar albinum iudee prefectum
Feſti morte comperta. Ananias autem
iunior quem pontificatum ſuſcepiſſe ſu=
pradiximus proteruus admodum ⁊ in=
ſolens moribus hereſim defendebat ſa=
duceorum qui in iudiciis crudeliores ce=
teris iudeis videntur ſicut iam ſupra
oſtendimus. Hic inſolentie ſue tempus
datum credens ex morte feſti conſeſſum
iudicium conuocat et introducit in me=
dium fratrem ieſu qui dicitur chriſtus
Jacobum nomine. ⁊ alios quãplurimos
quos velut contra legem gerere incu=
ſans tradidit lapidandos. ¶ Quod fa=
cinus ſi quis ex ciuibus modeſtior fuit ⁊
equi ac legis obſeruãtior grauiſſime tu=
lit. Qui etiam occulte legationẽ ad ceſa
rem mittunt orãtes eũ ſcribere ananie

ne hoc agat: qr nec pri⁹ huiuſcemodi facinora recte commiſerit. Quidā autem ex ipſis etiam albino occurrūt de alexandria ad ipſos iter agēti atqꝫ edocēt ꝙ nō licuerit ananie ſe incōſulto cōſeſſum iudicum conuocare. At ille cōmot⁹ ex his q̄ dicta ſunt cum indignatione ſcribit ad ananiā cōminatus ablatū ſe ab eo iudicandi poteſtatē qua non recte vtebatur. Quia ⁊ agrippa rex cū ſolis tribus menſibus functum hoc honore priuauerit: et ieſum dāni filium in locum eius ſubrogauerit. Hactenus etiam de iacob. Cuius illa habeꝛ epiſtola q̄ prima ſcribiꝛ inter eas que canonica appellanꝛ. Sciēduz tñ eſt ꝙ a nonnullis non recipiatur: nec facile quis antiquoꝝ meminerit eius: ſicut nec illius quidē que dicitur Jude q̄ ⁊ ipſa eſt vna de ſeptem. Nos tamen ſcimus etiam iſtas cum ceteris ab omnib⁹ pene eccleſijs recipi.

¶ Capit. xxiiij. ꝙ poſt marcum primum ep̄z alexādrine eccl'ie ordinat⁹ ſit anian⁹

Igitur neronis primo imperij anno poſt marcum euangeliſtā eccleſie apud alexādriam Anianus ſacerdotium ſuſcepit. Sed nero regni ſibi poteſtate cōualeſcente poſt multa q̄ animo ꝯceperat nefaria et impura flagitia ad ipſam q̄z iam diuinitatis tendebat iniuriam. Lōgum eſt et noſtro operi inconueniens ꝓbra ei⁹ flagitiaqꝫ deſcribere: maxime cū multi de his plenius ſcripſerint. Ex quorum libris ſi quis dedecoroſam eius vitam atqꝫ omnibus ſcelerib⁹ obnoxiā ſcire vult facili⁹ poteſt. Jn quibus eum inueniet ītātū ſceleris eſſe ꝓgreſſum vt nec ꝓprijs quidē ac domeſticis tēperauerit. Sed ⁊ in matrē ⁊ l fratres ⁊ in vxores atqꝫ in oēs ſanguinis ꝓximos: ⁊ parricida extiterit ⁊ inceſtus. His igiꝛ oīb⁹ deerat vt ipſe primus et imperatorib⁹ romanis etiā in ipſuz deū impietatꝫ arma ꝯuerteret. Sicut tertulian⁹ vir ſcriptoꝝ nobiliſſimus refert dicens. Cōſulite commētarios veſtros: illic reperietis primū quoqꝫ neronē in hāc ſectā̄ maxime rome orientē ceſareo gladio ferocē fuiſſe. Et tali dedicatore damnationis noſtre etiam gloriamur. Qui em̄ ſcit illū intelligere pōt nō niſi grāde aliquod bonum a nerone dānatū. Tentauerat ⁊ domicianus portio neronis de crudelitate: ſꝫ q̄ſi homo facile ceptuz repreſſit reſtitutis etiam quos relegauerat. Tales nobis ſemper fuere inſecutores: iniuſti: impij: turpes: quos ⁊ ipſi dānare cōſueuiſtis: ⁊ a quib⁹ dānatos reſtituere ſoliti eſtis. Hec tertulianus.

¶ Cap. xxv. de ꝑſecutiōe Neronis ſub q̄ paul⁹ ac petr⁹ pia ꝯfeſſiōe paſſi ſunt.

Igitur nero vt apertū ſe hoſtez diuinitatis pietatiſqꝫ ꝓfeſſus eſt: ipſorū prius apoſtoloruz: quippe q̄ duces ⁊ ſigniferi erāt in pplo dei: expetit neces. Et paulum quidam capite in ipa vrbe roma. petrū vero crucis patibulo condemnat. Horum teſtimonium querere extrinſecus ſuperfluum puto cum rem geſtam inſignia vſqꝫ in hodiernū: ⁊ ſplēdidiſſima eorum monumēta teſtentur. Uerūtamen ſcribit de his etiam gayus quidam ſcriptor antiquus. Qui cum zepherino epiſcopo romano aduerſum ꝓculum quendam catafrigam diſputās. Hec de apoſtoloruz commemorat locis. Ego inquit habeo trophea apoſtolorū que oſtendam. Si enim procedas via regali que ad vaticanum ducit aut via hoſtienſi: inuenies trophea deſixa: quibus ex vtraqꝫ parte ſtatutis romana cōmuniter eccleſia: ꝙ autē eodē tempore ambo paſſi ſunt ꝙ corinthiorum epiſcopus dionyſius: cum in vrbe poſitus eſſet ⁊ de ſcripturis diſputare: hoc dicit. Sed et vos habentes commonitionem a petro et paulo ꝑ annotationē romane ⁊ corinthiorum eccleſie coniunxiſtis. Ambo eta enim ſimul aduenientes et in noſtra corinthioꝝ eccleſia docuerunt: et per omnem italiam: atqꝫ in hac vrbe ſimul docētes: etiam martyrio pariter vno eodēqꝫ tempore coronati ſunt. Hec autem retulimus: vt hiſtoria que in opinione omnium eſt confirmatior habeatur. Joſephus autem ſcribēs quante clades iudeorū gentem peruaſerint: ⁊ vt coꝛ va-

ſitas

ſtitas propagata ſit addit etiam hec.

¶ Capitulum.xxvj. vt innumeris iudei malis affecti ſunt ⁊ nouiſſime cōtra romanos arma mouerunt.

VErū ad innumera mala que iudeis acciderāt: addit etiam hoc quod Florus ꝗ per idem tꝑs iudee pcuratio.ē tenebat honorabiles quoſq; viros flagris verberare: et in ipſa vrbe ſacratiſſima hieruſalē patibulo ſuffigeret: eo tēpore quo primū bari iudeorū ſtatum nouarum rerū molitionibꝰ accidit duodecimo ſcꝫ anno imperij neronis. Sed et per omnem ſyriam in ſeditioſos iudeorum atrociſſimam refert exercitatam eſſe ſeuitiam: ita vt etiā illi qui per vrbes ſingulas admixti gentibus commanebāt: in hoſtiū numero deputarentur. Et videres inquit repletas inhumanitatis corporibus ciuitates: iacentes mortuos ſimul cū paruulis ſenes. Feminarūq; abſq; vlla ſexus reuerētia nudata in publico: reiectaq; cadauera atq; vniuerſam prouinciam innumeris malis rerſertam. Sed tamen tam diro hoc et tam atroci ſpectaculo multo grauius eos futurorum ⁊ per dies augentiū malorū metus et formido terrebat. Hec ad verbū ioſephus refert. Verū de iudeis iſta ſufficiant.

¶ Explicit liber ſecundus.

¶ Incipit liber tertius.

¶ Capitu.j. in quibꝰ locis apoſtoli xp̄m predicauerunt.

IGit iudei debitis cladibus perurgebant. Sancti vero apoſtoli dñi et ſaluatoris nr̄i: ceteriq; diſcipuli ad p̄dicandum verbum dei per ſingulas quaſq; orbis terre prouincias dimittuntur. Thomas (ſicut nobis traditum eſt) ſortitus eſt Parthos. Matheus ethiopiam. Bartholomeus Indiam citeriorē. Andreas Scythiam. Joānes Aſiam. Unde ⁊ apud epheſum: et commoratus eſt et defunctus. Petrus pontum: galatiam: bithiniam: cappadociam: ceteraſq; confines prouincias. Judeis dumtaxat predicās circuiſſe deprehenditur: et ad vltimum in vrbe roma commoratus: vbi crucifixus eſt deorſum capite demerſo. quod ipſe ita fieri deprecatus eſt: ne exequari domino videretur. De paulo autē quid dicam qui ab hieruſalem vſq; ad Illiricum repleuit euangelium chriſti: et ad vltimum ſub nerone martyrium duxit. Hec ita per ordinem in tertio lib. explanationum generis: origenes exponit.

¶ Capitulum.ij. de epiſtolis ⁊ ſcripturis apoſtolorum. A

VErum petrus apoſtolus predicationis ſue monumenta nobis per pauca dereliquit. Una etenī eius epiſtola eſt: de qua nullus omnino dubitauit. Nā de ſecunda multis incertum eſt. Apud plurimos tamē etiam ipſa legenda ſuſcipitur. Ille vero libellus qui dicit actus petri et quod nominis eius euangelium nuncupatur: ſed ⁊ qui dicitur eius predicatio vel reuelatio in ſcripturis prorſus canonicis non habetur. Sed ne aliquis quidē ſcriptorum veterum: vti eorū teſtimonijs inuenitur. Verum procedēte nobis hiſtorie narratione per oportunitatē locorū cū ſcriptores eccleſiaſticos memorabimus: neceſſario etiā ſcripturarum libros qui in autoritate eſſe debeāt: et quorū minus ſequēda ſit autoritas exponemꝰ. Interim petri vt diximus prima epiſtola ab omnibus veteribus eſt recepta. Pauli quoq; manifeſte.xiiij. ſunt epiſtole que in autoritate habētur licet ſcientiam apud latinos de epiſtola que apud hebreos ſcribitur haberi dubitationē. Sed de ipſa quid vnuſquiſq; veterum ſcriptorū ſenſerit in tp̄e ſuo proferemus. Et libellus Herme qui appellatur Paſtoris: cuius paulus in epiſtolis ſuis meminit a plurimis non eſt receptus. Ab alijs autem neceſſarius iudicatus eſt propter eos qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur. Unde ⁊ in nonnullis eccle

ſiis legitur et multi veterū ſcriptorū vſi
ſunt teſtimonijs eius. Hec interim nobis
pmiſſa ſint de diuinoꝝ libroꝝ fide quā
mox ēt veteꝝ aſtipulatiōe firmabimus.
B ¶ Paulus aūt ꝙ ab hieruſalē vſqꝫ
ad illiricū gentibus euangeliū predica-
uerit: ex ipſiꝰ vocibus cōprobat: ⁊ ex ijs
que lucas in actibꝰ apl'oꝝ ſcribit. Sed
⁊ petrus in ꝗbus etiam ipſe prouincijs
ijs qui ex circuncitione ſunt pdicauerit
xpm ppꝛijs vocibꝰ in epiſtola quā ipſiꝰ
abſqꝫ ambiguitate claruit eē deſignat:
in qua ad eos qui in diſpoſitione ſunt
ſcribit ſine dubio hebꝛeos. Ipſi etenim
diſpſi dicunt: tanqꝫ ppꝛijs ſedibꝰ pulſi
⁊ poſiti in diſpſione vt ait ipe: ponti: ga-
latie: cappadocie: ⁊ aſie ac bithinie. Ex
ꝗbus ſi ꝗs conſtātes in fide et emulato-
res verbi dei reperti ſunt: etiā regēdas
eccleſias quas apoſtoli fundauerant ſu
ſceperunt. Quoꝝ noia non eſt facile ex-
plicare per ſingulos. Ex apoſtoli tñ ſer-
monibus colligere poſſumꝰ permultos
eſſe ꝗs ille nūc adiutores: nunc cōmilito
nes: nūc etiā cōcaptiuos: ⁊ cōlaborātes
in euangelio ⁊ comites nominat. Sed ⁊
lucas in actibꝰ apoſtolorum plurimos
eius ſocios memorat ⁊ participes predi
cationis: ſicut timothei meminit ac titi.
Quorū alter in epheſo epiſcopꝰ: alter
ordinādis apud Cretam eccleſijs ab eo
preficitur. Ipſe autem Lucas gñe ꝗdē
anthiocenus arte medicus comes vero
pauli: et ceterorum apoſtolorum ſocius
et neceſſarius fuit. Is ergo ſcd̄m hanc
medicinam quam ex apoſtolorum ſocie
tate vel traditione ſuſceperat: duos no
bis medicinales libros: quibus non cor
pora ſꝫ anime curentur explicuit. Euan
geliū ſcꝫ: in quo etiā ſic prefatur. Sicut
tradiderunt nobis inquit hi ꝗ ab initio
ipſi viderunt ⁊ miniſtri fuerūt verbi dei
quos et ab initio ſecutus ſum. Et actus
apoſtoloꝝ quos non iam auditu perce-
perat ſꝫ oculis inſpexerat. Tradunt au
tem ꝙ euāgelium ſuū ex pauli ore deſcri
pſerit: ⁊ ipſum ſit quod apoſtolus ſuum
euangeliū ſoleat nominare cum dicit ſe
cundum euangelium meum ſicut ⁊ mar
cus que ex ore petri fuerant predicat et
conſcripſit. Memoratur autem ex comi
tibus pauli: creſcēs quidam ad gallias
eſſe profectus Linus vero ⁊ clemens in
vrbe roma eccleſie prefuiſſe in quo comi
tes ⁊ adiutores eius fuiſſe ab ipſo pau-
lo perhibentur. Sed ⁊ dionyſium areo-
pagitā apud athenas quē lucas deſcri-
bit primum paulo predicante credidiſ-
ſe inter ſocios eius fuiſſe: ⁊ eccleſie athe-
nienſium conſtat ſacerdotium ſuſcepiſ-
ſe. Sed nunc interim ad hiſtorie ordinē
redeamus.

¶ Capitulum iij. de ſucceſſionibus apo-
ſtoli pauli. A.

Igit post Ne-
ronē qui tredecim annis ob-
ſedit romani culminis prin-
cipatum: galba ⁊ otto anno:
et ſex menſibus detento principatu de-
functi veſpaſiano regni gubernacula
dereliquunt: poſito per idē tempus in
procinctu belli quod iudeis intenderat.
Ubi ab ipſo exercitu cū quo oppugna-
bat iudeam: ſubrogatur imperio. Iſqꝫ
confeſtim romam tendens: tito filio ſuo
curam belli ⁊ hieroſolymoruꝫ oppugna
tionis iniungit. Uerū poſt aſcenſionem
domini ⁊ ſaluatoris noſtri: iudei vel in
ipſum cōmiſſi piaculi: vel perſecutionis
in apoſtolos: ⁊ necis in ſtephanum: ſed
et obtruncationis in apoſtolum iacobū
in iacobi nihilominus fratrem dñi (qui
appellabat iuſtus) ſceleris admiſſi: cete
rorūqꝫ omnium quos propter fidem xpi
inſidijs dolis atqꝫ omni fraude: nequi-
tie circumuenerāt pro his inquam om-
nibus malis penas diuinitus repoſce-
bantur. Et apoſtoli quidē ab illis prius
fugati ac per omnem locū diſperſi ſicut
ſupradiximus: pergebāt in virtute xpi:
qui eis preceperat dicēs. Euntes bapti
zate omnes gentes in nomine meo.
B Eccleſia vero que in hieroſolymis
fuerat cōgregata reſpōſo a deo accepto
emigrare iubet ⁊ tranſire ad oppidum
quoddā Pellam noie tranſiordanē: quo
ablatis ex vrbe ſanctis ⁊ iuſtis viris vin
dicte celeſtis fieret locus tā de vrbe ſa-
crilega ꝙ de populo impio per excidiuꝫ
patrie euerſionēqꝫ ſumende. Quantis
ergo malis gens tunc vniuerſa mulcta-

taſit:atqꝫ ipſa iudee terra :bello:fame:
igni:cedibuſqꝫ vaſtata ſit:quanta popu=
lorum milia : patres ſimul cum coniu=
gibus ac paruulis ⁊ liberis:abſqꝫ nume
ro abſqꝫ diſcretiõe trucidati ſint:q̄ etiam
diuerſaꝝ vrbiū obſidiones:ſed et ipſius
magnifice ⁊ famoſiſſime ciuitatis hieru=
ſalem quanta vaſtitas:et q̄ta fuerit di=
uerſarum mortium ſtrages:q̄ ſue ꝑ hec
ſingula bellorum extiterit modus:⁊ vt
ſcd̃m id quod ꝓphete predixerant: abho
minatio deſolationis in ipſo quondam
dei famoſiſſimo collocata ſit tẽplo: vtiqꝫ
ad vltimum cuncta ignis populatus ſit:
et flamma conſumpſerit ſi quis plenius
noſſe vult hiſtorias ioſephi relegat. Nos
vero ex his ea tantum que ad explana=
tionem ſuſcepti operis ſufficiant aſſume
mus:et in quibus refert : quod ex omni
iudea populi in die ſolenni paſche:hiero
ſolymam vero exitiali quadam manu co
gente conuenerant. Quos tricies cente
na milia hominum dicit fuiſſe. Juſto ſci=
licet dei iudicio:tempore hoc vltionis ele
cto:vt qui in diebus paſche ſaluatorem
ſuum ⁊ ſalutare chriſtum domini cruẽtis
manibꝰ ⁊ ſacrilegis vocibus violauerãt:
in ipſis diebꝰ velut in vnũ carcerẽ omnis
multitudo concluſa: feralis pene exitiũ
quod merebatur exciperet. Preteribo q̄
in eis vel gladij cede vel alijs belli machi
nis collata ſunt explicare: ea tãtũmodo
que dire famis exitio pertulerũt: ſupra=
dicti hiſtoriographi ſermonibus profe=
ram quo legentes hec intelligant quan
tum piaculi ſit audere aliquid in chri=
ſtum ⁊ q̄ grauibus hac cauſa ſupplicijs
expientur.

¶ Ca.iiij.de iudeoꝝ grãdi oppugna=
tiõe ſtrage ⁊ fame q̄ oppreſſi ſunt.

AGe itaqꝫ quin
tus ioſephi hiſtoriarum li=
ber ponatᷣ in medio . Ex quo
ois coꝝ luctuoſa tragedia ꝯ=
noſcatur. Diuitibus autẽ ꝑmanere inq̄t
aut perire:vnum atqꝫ idem erat. Si em̄
in vrbe permanſiſſent facultatum ſua=
rum cauſa:crimine obiecto:quaſi qui de
tranſfugiendo cogitarent perimeban=
tur. Neceſſitas vero famis:factio ſuorũ
extollebat arrogantiam :et vtrumqꝫ ſi=
mul inedia cum temeritate creſcebat.
Publice quidem frumentũ nuſq̄ omni
no erat. Sed irruentes vrbis predones
perſcrutabantur domos:et ſi quid inue
niſſent : tanq̄ de ijs qui fefellerant pe=
nas ſumebant. Si vero non inueniſſent:
nihilominus tanq̄ eos qui occultius et
diligentius abſconderint : cruciabant.
Judicium vero haberi ab eis pabula ca
piebant hoc ipſo ꝙ adhuc viuere et ſub
ſiſtere corporibus videbantur:tanq̄ qui
ꝑfecto iam interijſſent:niſi abſconditos
vſpiam tegerent cibos. Si quos ſane ta
beſcentes macie vidiſſent: hos cum ve=
nia preteribant ſuperfluũ putantes pe
rimere : quos paulopoſt abſumeret fa=
mes. Multi tamen in occultis omni cen=
ſu ſuo mercati ſunt vnum metrum. Si
diuites:frumenti:ordei:ſi inferiores fue
runt. Et cõcludentes ſe inferioribus qui
buſqꝫ penetrabilibus domus . Nonnul=
li nec in panes cõfectas fruges edebant
alij vero inquantum vel neceſſitas vel
metus permitteret : excoquebant . Et
menſam quidem nullus expectabat ap
poni: ſed ex ipſo ſemiuſta igni rapien=
tes ꝓpria velut furtiua deuorant . Et
erat infelicis ipſius ſibi ſpectaculum mi
ſerabile. Cum validiores quiqꝫ inuenta
diriperẽt. Imbecillioribus vero nihil pre
ter luctum ſupererat et lachrymas . Et
omniũ licet acerbitates rerũ ſuperaret
fames:nihil tamen ita ſubruit ⁊ ſubuer=
tit:ſicut verecundia. Quicquid enim ſal
uis rebus pudore dignum eſt id in hac
neceſſitate cõtemnitᷣ . Deniqꝫ et vxores
de virorũ manibꝰ ⁊ filij de parentum. Et
quod eſt infelicius matres cibos de par
uulorum ſuorum manibus atqꝫ ore ra=
piebant. Et cum dulciſſimi liberi in ma=
nibus atqꝫ ante ora poſiti tabeſcerent:
exigua vite ſubſidia dentibus ipſis exi=
mere nemo parcebat. Uerum nec ip=
ſos quidem infelices : et perexiguos ſu=
mentes latebant cibos:ſed continuo ade
rat predonum quis : et ſtatim vt clau=
ſas cuiuſpiam conſpexiſſent fores indi=
tium credebãt hoc eſſe ꝙ intrinſecus po
ſiti ederent. Et repente deſpicatis fori
bus precipites irruebãt;tanqꝫ ab ipſis vt

ita dicam faucibus exprimentes: ſi quid forte ſumptum iam fuerat reuocabant. Uerberabantur ſenes ſi cibum vendicare tentaſſent. Sparſis etiam crinibus mulieres trahebantur: occultare nitentes: ſi quid forte deprehenſum fuiſſet in manibus. Nulla ſenibus pro canicie reuerentia nulla erga paruulos miſeratio. Sz in exiguo panis fragmento paruulos inherentes ex ipſo cui inheſerant ſuſpenſos elidebant in terrã. In eum vero qui raptores cibo preueniſſet aſſumpto: crudelius ſeuiebãt: ⁊ excogitabant dira ſupplicia: obturantes in felicibus naturales digeſtionum meatus. Alijs vero preacutas ſudes per eandem verẽda adigẽtes (horreſco q̄ geſta ſunt referens) ad ꝯfeſſionẽ per hoc vnius panis aut ciati farine: miſeros perurgebant. Nam ipſi tortores nec patiebantur famez. (Eſſet enim quodãmodo tolerabilius: ſi hoc compulſi inedia facere viderent) ſed vt vel prepararent ſibi impoſterum cibos: vel vt crudelitas exercitio cõualeſceret. In his etiam ſi quis forte furtim per ſtationes hoſtium pro colligendis herbis eripiſſent: occurrentes eis q̄ hoſtium manus effugiſſe gauderent diripiebant quicquid attulerant. Supplicantibus aũt ⁊ terribile quoddã ſibi nomen dei inuocantibus vt vel partẽ aliquã ex ijs que cũ mortis e periculo q̄ſierant indulgerent: nihil prorſus ꝑbebãt: ſed hoc beneficij loco ceſſerat: ſi comprehenſum viuum liceniſſet euadere.

B ¶ His aũt poſt aliquanta adiungit dicens. Iudeis vero cum egreſſu vrbis omnis pariter ſpes excludebat ſalutis: et inualeſcens acerbitas famis: domos ſimul ⁊ familias gentemq; vaſtabat ita vt impetrabilibus ſtrata iacerẽt mulierum paruulorũq; cadauera. Per plateas vero infelicium ſenum corpora fame magiſq; etate conſumpta. Iuuenes vero atq; omnis etas robuſtior: velut ſimulachra quedam in vijs et egreſſibus oberrabant corruentes quocunq; loci greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire autem cadauera proximorum: nec defunctorum multitudo: nec virium debilitas permittebat. ſimul et pro ſue vnuſquiſq; vite incerto. Deniq; aliquãti ſupra eos quos ſepeliebant animas emiſere. Multi etiam dum proſequuntur funera priuſq̄ ad ſepulchrum veniretur efflabant. Sed nec planctus ex more defunctis exhibebatur aut luctus quia hoc ſibi totum vendicauerat fames. Sed nec aridas inedie: humorem cui quam reliquerat lachrymarum. Obſederant ciuitatez profunda ſilentia: et nox plena mortis cuncta contexerat. Quibus malis omnibus grauiores ſoli vigebant predones: qui nec ſepulchra quidem diripere et ſpoliare cadauera. Illicitum ducebant. Non tam predam petentes q̄ ſcelus irriſione cumulantes: et aciem gladiorum ſuorum in cadauerum obtruncatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc ſpirantes mucro examinandus agebatur: quod alii ſenices cum viderent: ſupplices dexteras extendebant vt in ſe quoq; beneficij loco conuerterent ſcelus quo ſcilicet cruciatibus famis velocius abſoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere: necem quam ſponte inferebant ſi rogarentur negabant. Cum tamen vnuſquiſq; deficientium cum gemitu oculos retorqueret ad templuz: non de morte propria dolens: ſed de impunitate predonũ quos ſuperſtites derelinquebant. Et primo quidem ſumptu publico ſepelire mortuos iuſſerant fetoris intolerentia: vt vero omnem ſumptum cepit vincere multitudo morientium: de muro cadauera precipitabant.

C ¶ At cum titus circuiens perniſſet repletos mortuorum cadaueribus vallos: et humani corporis tabe patriaz terram rigari: cum ingenti gemitu eleuatis ad celum manibus deum inuocat teſtem: hoc ſuum opus non eſſe. Et poſt aliquanta iterum talia quedam proſequitur. Non cunctabor inquit proferre quod ſentio. Arbitror enim quod etiam aduerſum impios ciues romanorũ pauliſper arma ceſſarent: aut hiatu terre aut aque diluuio aut ſodomitanis ignibus et fluminib⁹ celitus tortis ſuppliciũ ciuitas dependiſſet: que munito in fauſtiorem illis qui hec perpeſſi ſunt et nequiorem virorum preſentẽ hanc protus

diſſet etatem: pro quibus et omnis gens
pariter mererētur extingui. Sed ⁊ in ſex
to libro de eiſdem talia ſcribit. Et eorum
inquit qui per totam ciuitatē famis ine
dia corrumpebantur: multitudo innu=
merabilis erat: quorum nec explicari mi
ſeria poteſt. Per ſingulas namq̄ domos
ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum: bel=
la continuo et cedes inter caros ipſoſq̄
parentes ac liberos naſcebantur dum
non ſolum e manibus: ſed ex ipſis etiam
faucibus inuicem cibum rapere certa=
bant. Fides autem nec mortuis erat.
Sed et ipſi cum iam ſpiritum exhalarēt
perſcrutabantur a predonibus; ne cui
forte intra gremium cibi aliquid rece=
diſſet. Alij autem per inediam hiantes
velut rabidi canes huc atq̄ illuc fere=
bantur: et quaſi inſania quadam era=
gitati in eaſdem domos ſub momento
temporis: iterum ac ſepius irruebant:
Omnia tamen neceſſitas vertebat in ci=
bum etiam illa que nec mutis quidem
animalibus edere vſus fuit. Ad vltimū
ne loris quidem vel ſingulis aut ipſis
etiā calciamentis abſtinuerunt. Por=
tarum quoq̄ indumenta detrahentes:
conficienda dentibus ingerebant. Non=
nulli et feni veteris feſtucas edebant.
Sed ⁊ quiſquilijs vndecūq̄ collectis par
uiſſimum pondus dragmis quatuor di=
ſtrahebant.
D ¶ Sed quid opus eſt per hec pon=
dus famis illius explicare cū geſtum ſit
ibi facinus quod neq̄ apud grecos neq̄
apud barbaro vllus accepit auditus
horrendū quidē: dictu auditu vero incre=
dibile. Equidem libenter tā immane fa
cinus ſiluiſſem ne quis me crederet mō=
ſtruoſa narrare: niſi multos memorie
nr̄e viros teſtes commiſſi ſceleris habuiſ
ſem. Porro vero nec aliquid in patrie p̄=
ſtare me arbitror: ſi ſubſtrahā eorū malo
rum verba quorū pertulit facta. Mulier
quedā ex his q̄ vltra iordanis alueū cō=
manebāt maria noīe eleazari filia de vi
co bethezob quod interpretatur domus
yſopi genere ⁊ facultatibꝰ nobilis cum
reliqua multitudine q̄ confluxerat hiero
ſolymis reperta cōem cum omnibꝰ obſi
dionis caſum ferebat. Huius reliquias
quidē facultates quas e domo in vrbem
cōuexerat tyrāni inuaſere. Si quid vero
reliquiarū ex magnis opibꝰ fuerat qui=
bus victum quotidianū per tenuē duce
ret irruentes per momenta predonum
ſatellites rapiebant. Pro quibus ingēs
mulierē velut inſana iam quidā ex indi=
gnatione fatigabat: ita vt interdū pre
dones maledictis necē ſui ⁊ cōuicijs in=
ſtigaret. Uerū neq̄ irritatꝰ quiſq̄ neq̄
miſeratus eā perimeret ⁊ ſi quid forte
cibi fuiſſet ab ea queſitum ab alijs que=
retur nec iam vſq̄ reperiendi copia fie=
ret. Fames autem dira viſceribus ipſis
inſiſteret ac medullis: ⁊ ad furorem iam
perurgeret inedia fame: et ira peſſimis
vſa conſultoribus cōtra ipſa iam armat
iura nature. Erat namq̄ ei ſub vberibꝰ
paruulus filius. Hunc ante oculos fe=
rens infelicis inquit matris o infelicior
fili in bello fame et directione predonum
cui te ſeruabo. Nā ⁊ ſi vita ſperari poſ=
ſit iugo romane ſeruitutis vrgemur. ſed
nunc ⁊ ipſam ſeruitutē preuenit fames.
Predones vero vtraq̄ vi grauiores per
urgerent. Ueni ergo nunc o minate eſto
matricibus predonibꝰ furor ſeculis fa=
bula que ſola deerat cladibus iudeorū.
Et hec cum dixiſſet ſimul filiū iugulat:
Tum deinde igni ſuperpoſitum torret:
et mediū quidem cōſumit: medium vero
ſeruat obtectū. Et ecce cōfeſtim p̄dones
irruunt ob vſte carnis nidore concepto
mortem minantur: niſi ſine mora cibos
quos paratos ſenſerant demonſtraret.
Tum illa equidem partē inquit vobis
optimā reſeruaui. Et continuo que ſu=
perfuerant membra detexit infantis. At
alios repente ingens horror inuaſit: et
immanes quāuis animi diriguere vox
faucibus intercluſa eſt. Illa vero truci
vultu ⁊ ipſis iā predonibus truculētior
meus inquit hic filius meus eſt partus
⁊ facinꝰ meū eſt. Edite. Nā et ego prior
comedi quē genui Nolite effici aut ma=
tre religioſiores aut femina molliores:
Quod ſi vos pietas vincit ⁊ execramini ci
bos meos ego q̄ iam talibus paſta ſum
ego his iterū paſcar. Poſt hoc illi terri
ti trementeſq̄ diſcedūt q̄ hūc ſolū et omni
bus facultatibus miſere matri relinque

rāt cibū. Repleta eſt aūt cōfeſtim ciuitas vniuerſa nefarij ſceleris nuntio. Et vnuſquiſqꝫ ante oculos facin⁹ qꝫ ꝑpetratū fuerat adducēs tanqꝫ ſi ipſe hoc ꝑpetraſſet horrebat. oēs aūt quos famis neceſſitas perurgebat feſtinabāt magis ad mortē beatos dicētes eos qbus ↄtigit interijſſe priuſqꝫ taliū maloꝝ polluerent auditu. Hactenus ioſephus.

¶ Capitulū. v. de his que a xp̄o predicta ſunt.

Luitur iudeos ꝑ his que in chriſtum commiſerunt piaculis talis cōſecuta eſt pena. Dignū autem eſt huic hiſtorie adhibere dominicas voces quibus ipſe ſaluator talia ſecutura eſſe ꝑdixit. Ue aūt ait pregnantibus ꝛ nutrientibus vel lactātibus in illis diebus. Orate aūt vt non fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio ſeculi neqꝫ erit. Colligēs autē ſupradictus hiſtoriographus omnē numerū peremptorum vel fame vel ferro vndecies centena milia deſignauit. Ceteros vero latrones ꝛ ſicarios ac ꝑdones poſt vrbis excidiū mutuis declarat interijſſe vulnerib⁹. Electos aūt quoſqꝫ iuuenum quos decora ꝑ proceritas corporis cōmēdabat ad triumphū dicit eſſe ſeruatos. Reliquos aūt qui ſupra decem ꝛ ſeptem annos agebāt etatis vinctos ad opera egypti per metalla deſignatos et per ceteras prouincias eſſe diſperſos. Alij quidem vt ludis gladiatorijs: alij vt beſtijs traderentur. Si qui vero intra ſeptimū ꝛ decimū etatis reperti ſunt annum per diuerſas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt: quorum numerus vſqꝫ ad nonaginta milia perductus eſt. Hec vero oīa geſta ſunt ſecūdo anno imperij veſpaſiani iuxta ea q̄ ipſe dn̄s et ſaluator noſter ieſus xp̄s predixerat. Quippe qui ea que gerēda erāt preſentia iam videret tūc cum ſm euangeliorū fidem. Uidens ciuitatē fleuit ſuper eā ꝛ velut in aurib⁹ eius prelocutus eſt hec ꝟba. Si agnouiſſes inquit ꝛ tu i hac die que ad pacem tibi ſunt nunc abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabūt te inimici tui valloꝛ circundabunt te ꝛ perurgebunt te vndiqꝫ ꝛ ad ſolū reducent te ꝛ filios tuos q̄ in te ſunt. Sed ꝛ rurſum tāqꝫ de populo dicens erit eniꝫ (inquit) neceſſitas magna ſuper terram et ira populo huic: ꝛ cadent in ore gladij: ꝛ captiui ducentur in oēs gentes ꝛ hieruſalē erit cōculcata a gentib⁹ vſqꝫ quo cōpleantur tp̄a gentium. Et iteruꝫ Cum autem videritis circūdari ab exercitu hieruſalem tunc ſcitote quia appropinquabit eius deſolatio. Cōparet nunc vnuſquiſqꝫ dn̄i ꝛ ſaluatoris noſtri ſermones cum hiſtoriographi relatione de bello quod geſtum eſt atqꝫ excidio ciuitatis. Et videns miram diuine preſcientie virtutē agnoſcat predicentis diuinitatem. Hec quidem iudeoruꝫ genti poſt paſſionē ſaluatoris iuſta vltione venerunt pro eo qꝫ autorem vite a ſemet vniuerſa gens conclamauit auferri. Uerum tamē nihil obſtat ea addere per que pietas et clementia dei licet ingratis videtur oblata. Quadraginta nāqꝫ poſt admiſſum piaculum continuis protracta annis impiorum pena differtur. In quibus et apoſtoli omnes precipue tamen iacobus qui dicebatur frater domini in hieroſolymis epiſcopus conſtitut⁹ indeſinēter populū cōmiſſe impietatis ꝛ feralis auſi de ſcelere cōmonebant ſi forte poſſent cōmiſſi plenitudinē gerere ſi poſſent flere pro ſcelere ꝛ vltrices penarum flammas lachrymarū vbertate reſtringere. Oſtendebat nāqꝫ eis deus per ſuā patientiā qꝫ ipſorum quereret penitentiam. Quia non vult tantum deus mortem pctōris quantum vt conuertatur et viuat.

¶ Cap̄. vj. de portentis ante bellū in vltionē mortis xp̄i iudeis immiſſum.

Mollire aūt adhuc mētis eoꝝ duritiam nitebat diuina maieſtas ſignis et ꝑdigijs celitus datis terrores ſimul ꝛ manicē dexterā oſtendendo potiuſqꝫ inferēdo. De qb⁹ ſupradicti hiſtoriographi fides vt in ceteris etiam in hoc ſuffiicās erit. Relegamus ergo qd

in ſerto hiſtoriarũ ſuarũ libro de his ipſe
ſignauerit. Sed infelicē inquit plebē te
terrimi quidem hoſtes ⁊ deceptores fal-
ſa vaticinantes ſuadebāt vt euidētib⁹
ſignis ⁊ indicijs iracūdie ⁊ indignatio-
nis diuine nō crederent. Quibus aper
te futurū et vrbis ⁊ gentis preſagiebat
excidiū. Sȝ velut afflati et amentes ⁊ q̄
nec oculos nec animā in ſe haberent
ſpernebant omnia que celitus nuntia-
bantur. Etenim ſtella perfulgens gla-
dio per omnia ſimilis imminere deſuper
ciuitati et cometes preterea exitiabili-
bus flāmis ardere per totū viſa eſt an-
num. Sed ⁊ ante excidij tēpus ac belli:
cū populi ad diem feſtum azimorū con-
uenirent octaua die mēſis ſandicis qui
eſt aprilis noctis tpe hora nona tantus
luminis fulgor arā templūq circunde
dit: vt putarent oēs diē clariſſimū factū
⁊ permāſit ſpatio hore dimidie. Quod
imperitis quidem ⁊ ignaris proſperuȝ
videbatur. Sed legiſperitos et probos
quoſq doctores nō latuit exitiale por-
tentū. In eadē quoq feſtiuitate vitula
ſacrificijs admota et aris aſſiſtens in-
ter ipſas miniſtrorum manus enixa eſt
agnā. Sed et ianua interioris edis que
reſpiciebat orientē cum eſſet ere ſolido
induta ac proinde immēſi pōderis: que
vix viginti viris ſummo conatu impel-
lentibus clauderetur: ferreis quoq ve
ctibus ⁊ ſeris munita ac peſſulis ⁊ altū
demiſſis teneretur obſtricta: repēte ho-
ra noctis ſexta apparuit ſpōte patefa-
cta. Sed et tranſacto die feſto poſt ali-
quot dies prima et viceſima die menſis
artemeſij q̄ maius apud nos vocat pdi
gioſus apparuit viſus ⁊ fidē pene exce-
dens: q vere falſum putaret: niſi oculo
rum fidem confirmaſſet malorū cōſecu-
ta pernicies. Etenī ppe ſolis occaſum
viſi ſunt currus ⁊ quadrige in oī regio-
ne p aerē ferri ⁊ armatorū cohortes mi
ſceri nubib⁹ ⁊ vrbē circūdari agminib⁹
improuiſis. In alio aūt die feſto q̄ pen-
thecoſtes appellat noctu ſacerdotes in
greſſi tēplū ad miniſteria ex more com-
plenda primo quidem motus quoſdam
ſtrepituſq ſenſerunt. Tum deinde vo-
ces ſubitas audiunt dicentes. Migre-
mus hinc. Additur his etiaȝ aliud ter-
ribilius. Etenim quidā ananie filius ie
ſus noīe vir plebeius ⁊ ruſtic⁹ an̄ quar
tum belli annū cū ciuitas in pace ⁊ abū
dantia perduraret in die feſto taberna
culorum repente clamare cepit. Uox ab
oriente: vox ab occidente: vox a qua-
tuor ventis: vox ſuper hieroſolymam ⁊
ſuper tēpluȝ: vox ſuper ſpōſos ⁊ ſpōſas:
vox ſuper populū. Et indeſinenter die
noctuq per omnes plateas circuiens
hoc clamabat: vſquequo quidē primo-
res ex populo viri velut infauſti preſa-
gij indignatione commoti corruptum
hominem multis verberibus afficiunt.
At ille nequaq̄ pro ſe aliquid loquens
ſed ne eos quidem qui circunſteterant
deprecans eaſdem voces pari obſtina-
tione et clamore repetebat. Tunc prin-
cipes intelligētes: vt res erat numinis
eſſe motum in viro: perducunt eū ad iu-
dicem romanum. Apud quem flagris
vſq ad oſſa laniatus nec preces nec
lachrymas fudit: ſed eandē vocem miſe
rabiliter ⁊ cum quodā vlulatu emittēs
per ſingula pene verba proferebat ad-
dens etiam hoc Ue ve. Proſequitur et
aliud idem hiſtoriographus maiore ge
ſtum miraculo: dicens oraculū quoddā
in ſacris lr̄is repertuȝ qd̄ per idem tps
virum deſignaret ex eorum regiōe pro-
ceſſurum qui totius orbis potiret impe
rio. Cuius oraculi preſagium idem hi-
ſtoriographus Ueſpaſianum declara-
re eſt ſuſpicatus. Sed veſpaſianus non
alijs q̄ illis ſolis gentibus que romano
imperio videbātur ſubdite dn̄atus eſt.
Unde iuſtius ad xp̄m hec rn̄ſa referant
ad quā dixerat pr̄. Pete a me ⁊ dabo ti-
bi gētes hereditatē tuā ⁊ poſſeſſionem
tuā terminos terre. Et cui⁹ p idē tps p
apl̄os ſuos in oēm terrā exierat ſonus ⁊
in fines terre verba eorum.

¶ Capitulum. vij. de ioſepho ⁊ quos reliquerit libros.

OPerepreciuȝ
ſane eſt poſt iſta agnoſce-
re quis fuerit hic ioſephus
et vnde vel ex quo genere
originē ducēs: qui tantam

nobis materiam rerum geſtarũ cognitionẽq; preſtiterit. Exponit ergo etiam hoc ipſe de ſe hoc modo ſcribẽs. Joſephꝰ Mathie filiꝰ ex hieroſolymis ſacerdos qui et ipſe primo bello romanos oppugnauerit: ⁊ poſterioribus nihilominus interfuerit prelijs neceſſitate cõſtrictꝰ. Cõſtat ergo hunc virũ per idẽ tp̄s nõ ſolũ apud romanos habitum eſſe nobiliſſimũ: ita vt literarũ merito in vrbe roma etiã ſtatuto donaref et libri eiꝰ bibliothece traderenf. Conſcripſit nãq; antiq̃tatũ hiſtoriam in .xx. libris. Belli vero iudaici cũ romanis habiti hiſtoriã ſeptem voluminibus cõprehendit. Quam nõ ſolum greca facundia. verũ ⁊ patrio: id eſt hebreo ſermone ſuis etiam ciuibus ſe edidiſſe confirmat: dignus cui pre ceteris omnibus debeat credi. Sed et alia eiuſdẽ viri extant de iudeorum vetuſtate duo volumina. In quibus contradicere appioni cuidam grammatico videtur qui illius tp̄ibus aduerſum iudeos ſcripſerat et ad alios quoſdam qui morem gentis iudeorum atq; inſtituta lacerauerant. In primo ergo ex his duobus libro q̃ volumina apud hebreos in autoritate habeantur ſm maiorum traditionem per hec edocet.

¶ Capitulum .viij. quomodo ioſephus pulchre diuinarũ meminit ſcripturarum.

NEq; igit̃ innumera indt apud nos habentur volumina inter ſeinuicez diſcordãtia. Sed duo tm̄ ⁊ viginti ſunt libri qui olim tẽporum ſeriem cõtinent. Qui ⁊ iuſte creduntur diuinitꝰ inſpirati. Ex q̄bus q̄nq; ſunt moyſi contincẽtes legis vite ⁊ ſucceſſionis humane ꝓſapiam vſq; ad ipſum moyſei terminũ ꝓtendentes. Qui paulominus ad tria milia annorum continentiã gerunt. A morte vero moyſei vſq; ad artaxerxem qui poſt xerſezꝰ regnauit apud perſas q̃ geſta ſunt prophete quiq; per ea tempora tredecim voluminibus conſcripſerunt. Reſ q̃ vero quatuor libri hymnos in deum ⁊ vite inſtituta ac monita mortalibus tradunt. Ab artaxerxe ꝟo vſq; ad noſtrum tempus ſcripta ſunt q̃dem oĩa fide tamẽ non eadẽ que primis habetur digna ducuntur: pro eo q̄ non ita extiterit prophetarum iugis et explorata ſucceſſio. Rebus igitur ipſis cõſtat q̄ nos venerabilr̄ vtamur ſcripturis noſtris. Nã cum tot ſecula interceſſerint neq; addere quis vnq̃ neq; auferre aut permutare q̇d auſus eſt. Sed oĩbus gentis noſtre hoĩbus inſita hec quodãmõ atq; ingenita fides eſt: credere hec dei eẽ ꝯſulta ⁊ his iugiter inherere ac ꝓ ipſis ſi ita res popoſcerit libenter ⁊ aiaz ponere. Sit etiã hec pars hiſtoriographi in his locis a nobis. vt arbitror non incompetenter inſerta. Eſt adhuc ⁊ aliud eius elegãs ſatis volumen quod animus ſit qui imperium teneat in nobis. Quem libellũ quidã machabeorũ attitulauere ꝓ eo q̄ certamina inibi ⁊ agones ꝓ pietate a machabeis fratribus deſudata cõtineat. Sed ⁊ in fine viceſimi antiquitatum libri ſignificat idẽ ipſe propoſuiſſe ſe quatuor voluminibus cõprehẽſurum ſm fidẽ et religionẽ patriã de deo ⁊ ſubſtãtia ac legibus: ⁊ cur q̄dã apud eos liceãt q̄dã ꝟo nõ liceãt ſed ⁊ alia nõnulla opuſcula a ſe dicit eſſe cõpoſita. In fine etiam ſupradicti viceſimi libri antiquitatum iuſtuz quendã ex tyberiade qui conatꝰ ſit hoc idẽ operis q̇d ipſe explicuerat aggredi arguit falſitatis per hec verba. Sed non ego te imitatus ſum in his que conſcripſeram. Ipſis etenĩ impatoribꝰ obtulit libros meos cũ adhuc ipſa q̃ geſta ſunt pene in oculis haberenf. Quippe q̄ conſcius mihi eſſem ſuate in oĩbꝰ veritatẽ: nec me de eorũ teſtimonio feſellit opinio. Sed ⁊ alijs pluribus obtulit quorũ multi etiã ipſis interfuere bellis ſicut Agrippa rex ⁊ nõnulli eiꝰ ꝓpinq̄. Et impator quidẽ Titus intantũ ꝓbauit ex iſtis debere libris ad oẽs hoĩes rerum geſtarũ notitiã peruenire: vt manu ſua ſubſcriberet publice ab omnibꝰ res teneri. Rex vero Agrippa ſexaginta et duabus epiſtolis de operis noſtri veritate teſtatus eſt: ex quibus et duas inſerui. Sed de his ſatis dictum eſt: nũc ad narrationis noſtre ſeriẽ redeamus

Cap.ix. q̄ poſt Jacobū Symeon hieroſolymorum rexit eccleſiam.

POſt martyrium iacobi ⁊ cōtinuo conſecutum ciuitatis excidium traditur apoſtolos ceteroſque domini diſcipulos: qui ad illud tp̄s reliqui erant in vnum e locis oībus cōueniſſe ſimul cū his qui propinqui ſm carnem dn̄i dicebantur. Plurimi namque ex his per illud tempus ſupererant ⁊ habuiſſe in cōmune conſilium quem oporteret dignū ſucceſſiōe Jacobi iudicari. Omneſqꝫ vno ꝯſilio atqꝫ vno ꝯſenſu Symeonē cleophe filium decreuiſſe. Cui⁹ mētio ī euāgeliis facta eſt: vt ep̄atus ſedem ſuſciperet. Cōſobrinus his ſm carnē ſaluatoris fuiſſe dicebatur: quia cleophaz fratrē fuiſſe ioſeph egeſippus teſtatus eſt.

Capitulum.x. q̄ vaſpaſianus poſteritatem Dauid iuſſit inquiri.

VEridē tp̄s Veſpaſianus poſt excidia hieroſolymorū oēs ſi qui forte ex familia Dauid ſuperfuiſſent apud iudeos velut regalis ꝓſapie viros ꝑquiri iubet. Vñ etiā ꝓ hac cauſa grauiſſima iudeis ꝑſecutio exorta eſt a tito filio veſpaſiani. Sed veſpaſiane decēnio principatu miniſtrato tit⁹ fili⁹ in īperio ſuccedit. Cui⁹ ſcd̄o regni anno. Linū.xij. annis ī ſacerdotio trāſactis vrbis rome epiſcopatū tradidiſſe anacleto ferunt.

Capitulum.xj. de ordine ⁊ ſucceſſione epiſcoporū alexandri ⁊ rome ſimul et de epiſtola clemētis ad corinthios.

SEd titus non amplius q̄ duobus annis totidēqꝫ menſibus principatu romani apicis miniſtrato Domitiano fratri ſummā reruz reliquit. Quarto igiť anno domitiani apud alexandriā Anianus.xx. ⁊ duobus ānis miniſtrato ſacerdotio defunctus eſt. In cuius locū ſcd̄s ſuccedit abili⁹. In vrbe vero roma.xij. anacletus annis in ep̄atu exactis ſacerdotiū ſedez clemēti tradidit. Quē adiutorē ſuum paulus apoſtolus philippenſib⁹ ſcribens deſignat dicens. Cū clemēte et ceteris adiutoribus meis quorum nomina ſunt in libro vite. Hui⁹ clementis epiſtola habeť ad corinthios ſcripta a precipua plane ⁊ valde mirabilis: quam velut ex perſona romane eccleſie dictauit cū diſſenſio apud corinthios fuiſſet exorta quam epiſtolam in plurimis eccleſijs publice legi et veterum et noſtris etiam temporibus conſtet.

Capitulū.xij. de pſcriptione ſub domitiano.

VErum de ſeditione facta apud corinthios ac diſſentione plebis teſtis valde fidelis Egeſippus indicat hoc modo dicēs. Multa ⁊ erga multos crudelitate domitianus exercitata plurimiſqꝫ in vrbe roma nobilibus ⁊ illuſtribus viris nullo iure nullaqꝫ ratione trucidatis innumeris etiam in exilium truſis et bonorum direptione mulctatis ad vltimum ne romane theomachie et impietatis ſucceſſor efficitur. Scd̄s hic q̄ppe ab illo pſecutionē moliť in noſtros cum vtiqꝫ pater ſu⁹ veſpaſian⁹ nihil ꝓrſus noſtris irrogauerit iniurie.

Capitulū.xiij. de Joanne euangeliſta ⁊ reuelatione eius.

EO ī tempore apl̄s ⁊ euangeliſta ioannes ad p̄dicationē v̄bi diuini ⁊ teſtimoniū veritatis ⁊ in inſulā pathmos tradiť ablegat⁹. Deniqꝫ hireneꝰ ſcribēs de cōputo nōis antixp̄i quod contineť in reuelatiōe q̄ v̄r ioannis q̄nto aduerſum hereſes libro hec de ip̄o Joā. commemorat q̄ ſi oporteret indē aptius in hoc tp̄e de iſto nōie p̄dicari: a quo magis potuerat apiri niſi ab eo q̄ ipſam reuelationē vidit. Neqꝫ eñ multū tp̄is eſt: ſed pene nr̄a etate. In fine ⁊ eñ domitiani p̄incipat⁹ exorta eſt. Intm̄ v̄o p idē tp̄s fidei nr̄e inſtituta florebāt: vt etiā nōnulli alieni a religiōe noſtra ſcriptores hiſtoriarum ſuarum tradiderint monumentis ⁊ de pſecutionibus illi⁹ tp̄is ⁊ etiā de martyrijs qui ⁊ diligenter explorato tp̄e deſignāt q̄ q̄ntodecimo anno domitiani

ꝑncipis:cũ alijs pl'imis ab eo etiã flauia
domicella ſoror ʒ filia flaui clemẽtis vni⁹
tũc ex ꝯſulib⁹ viri ob teſtimoniũ qḋ xp̃o
ꝑhibebat i inſulã põtiã noie ꝺportata ẽ.

¶ Cap. xiiij. ꝙ poſteritatem dauid domi
tianus perimi iuſſit ſimul ⁊ de proſapia
chriſti ex teſtimonio egeſippi.

APud ipſum ve
ro domicianũ cũ iuſſiſſet oẽs
ꝑimi ꝗ de genere dauid ⁊ re
gia ſtirpe deſcenderent ve=
tus traditio tenet quod delati ſint qui=
dam quaſi eẽnt de poſteritate iude quẽ
fratrẽ fuiſſe ſaluatoris ẜm carnẽ tradũt
quicꝫ duplici vrgebãt inuidia.velut qui
ex dauid gñe:⁊ ex ipſi⁹ xp̄i ꝓpinq̃tate de
ſcenderent. Que egeſippus ꝑ ordinẽ his
ꝟbis refert. ¶ Adhuc aũt viuebãt q̃dam
de carnali gñe dñi nr̃i nepotes iude ei⁹ ꝗ
ẜm carnẽ frater dñi dicebaꝶ. Quos q̃dã
detulere tanq̃ ex dauid ſtirpe veniẽtes.
Hos reuocat⁹ q̃dã noie q̃ in hoc miſſus
fuerat ꝑducit ad domitianũ ceſarẽ. Et
ip̃e eñi formidabat de aduẽtu xp̄i ſicut ⁊
initio herodis. Interrogati ẜ a domitia
no ſi eſſent ex familia dauid:cõfeſſi ſunt.
Tũc q̃ſiuit ab ei⁹ quãtis poſſeſſionibus
vel quãtis eſſent facultatib⁹ prediti. At
illi reſpõderũt ꝙ vtricꝫ nõ ampli⁹ eſſet in
bonis nouẽ milib⁹ denarijs. Ex q̃bus ſin
gulis ꝑs media ꝓportione deberet. Nec
hec ſibi in pecuniam ſubſiſtere:ſed in=
eſtimatiõe terre q̃ eis eſſet ĩ quadragin
ta min⁹ vno iugeribus ꝯſtituta. Quam
ſuis manib⁹ excolẽtes vt et ipſi alerent:
⁊ vt tributa depẽderent. Simul ⁊ teſtes
ruralis ⁊ diurni opis man⁹ labore rigi=
das ⁊ callis obduratas ꝓferebãt. Inter
rogati ẜo de xp̃o quale ſit regnũ eius vel
q̃s ip̃e aut vñ aut qñ vẽturus rñdere ꝙ
nõ hui⁹ mũdi regnũ:necꝫ huius terre ei
deſigneꝶ imperiũ; ſed ꝙ celeſte ei regnũ
ꝑ angelorꝫ miniſteria in cõſummatiõe ſe
culi ꝑparet:qñ ſcʒ aduenturus in gloria
de viuis ac mortuis iudicabit ⁊ reſtituet
vnicuicꝫ pro factis ac meritis ſuis. Ad
hec domitian⁹ cũ necꝫ in eis quicꝫ cri=
minis inueniret et vilitatem eorum ẜ
maxime contemneret abire eos libe=
ros iubet. ¶ Sʒ ⁊ perſecutionẽ quã ad=
verſus eccleſias agitari iuſſerat datis
rurſum cõpeſcit edictis. Illi vero dimiſſi
ab eo vel martyrij merito vel tante pro=
pinquitatis ꝓrogatiua pacis iã tpe du
ces eccl'ie effecti vſcꝫ ad traiani tpa per=
manſerunt. Hec quidẽ Egeſippus. Sʒ ⁊
tertulian⁹ de domitiano ſilia refert di=
cẽs. Tentauit aliqñ ⁊ domitian⁹ ſil'e ali
q̃d portio neronis de crudelitate:ſʒ qua=
ſi hõ cito deſtitit:ita vt etiã eos quos in
exilium miſerat reuocaret.

¶ Cap. xv. de ſucceſſione quorũdam
imperatorũ ⁊ epiſcoporum.

POſt domitianũ ve
ro quindecim annis imperio
potitũ Nerua ſuſcepit princi
patum. Sub quo omnes quí
dem honorum tituli qui in domitianum
collati fuerant detrahuntur. Reuocari
autem quicunꝗ ab eo in exiliũ truſi ſunt
ac recipere facultates ex ſenatuſcõſulto
iubent. De quibus ſinguli teſtimonium
ꝑhibent qui geſta illorꝫ temporũ conſcri
pſerunt. Tũc igitur apoſtolum ioannem
poſt abſolutionem inſule epheſum quaſi
ad ſcholã ꝓpriã rediſſe noſtrorum ſcri=
ptorꝫ declarãt. ¶ Nerue vero poſt an=
num plus minus defuncto traianus ſuc
cedit in imperio. Cuius primo principa=
tus anno ab illius apud alexandriã trẽ=
decim annis ſacerdotio miniſtrato diem
obijt. Cui ſuccedit Cerdon tertius in ſa=
cerdotium. Qua tẽpeſtate in vrbe roma
clemens quocꝫ tertius poſt paulũ ⁊ pe
trũ pontificatum tenebat. Sed et apud
antiochiam euodius primus fuerat et
ſcõs ignati⁹ hieroſolymis quocꝫ ſymeon
ſcõs poſt Jacobum fratrem dñi hiſdem
tꝑibus gubernabat eccleſiam.

¶ Cap. xvi. de Joanne euangeliſta.

IN his ſuperſtes
adhuc apud aſiã demorabat
ip̃e ille quem amabat dñs ie
ſus apl's ſimul atcꝫ euãgeli=
ſta Joãnes eccleſiarꝫ q̃ ibi erãt guberna
cula gerẽs poſt domitiani vt dixim⁹ obi=
tum regreſſus ex iſula. Quod quia ita ſe
habeat duobus fidelibus teſtib⁹ appro
babo. Hyreneus et Clemens alexandri=

nus huic veritati aſtipulantur. In ſecū do aduerſum hereſes libro Hyreneus hoc modo ſcribens: ⁊ omnes inquit preſ byteri teſtes ſunt qui in aſia Joannem diſcipulum domini viderunt ⁊ ſciūt hec tradidiſſe ioannem: ꝙ ⁊ permanſit apud eos vſ⁊ ad tempora traiani. Item in ter tio eiuſdem operis libro idem ſcriptor de hiſdez ita teſtatur. Eccleſia inquit ꝙ eſt apud epheſum a paulo quidem fundata eſt a ioanne vero edificata: qui perman ſit in ea vſ⁊ ad tempora traiani: habes hunc teſtem fidelē de apl'i tēporibus cō teſtantē. Accipe ꝗd etiā clemens cui⁹ pa riter ꝓmiſſimus teſtimoniū dicat hiſto riā quādaz perneceſſariā ſimul texens. Quā nos quo⁊ ſi inſeramus vtilem fore legentibus credimus. Scribit ergo hec.

¶ Cap. xvij. quō ioannes adoleſcentē indolis ducem latronum factum reuo cat ad eccleſiam et conuertit.

AUdi īquit fabulam ⁊ non fabulam: ſ⁊ reli geſtam de ioanne apoſtolo memorie omnium traditaz. Cū poſt tyranni obitum de pathmos inſula epheſum rediret: rogabatur etiam vicinas illuſtrare prouincias: quo vel eccleſias fundaret: in quibus non erant locis et in quibus erant ſacerdotibus ac miniſtris inſtrueret ſm quod ei de vno quo⁊ ſpiritusſanctus indicaſſet. Cū igitur veniſſet ad quandā vrbem haud longe poſitā omnib⁹ eccleſiaſticis ſolēniter adimpletis vidit iuuenez quendam validum corpore ⁊ vultu elegantē ſed ⁊ animis acrē nimis reſpiciens⁊ ad epiſcopū qui nuper fuerat ordinatus. Hunc inꝗt tibi ſummo ſtudio cōmendo: ſub teſtimonio chriſti et totius eccleſie. Tum ille ſuſcipiens omnē ſe adhibiturū ſicut precipiebat diligentiam pollicet. Sed iteruz at⁊ iterū eadem ſepius repetens iuuenem cōmendabat attentius. Et poſt hec epheſum rediit. Tū vero epiſcopus adoleſcentem in domum ſuam ſuſcepit commendatum ⁊ cum omni diligētia enutrit amplectitur fouet. Ad vltimū etiaz baptiſmi gratiam tradit. Poſt hec iam velut confidens gratie qua fuerat commonitus paulo indulgentius habere iuuenem cepit. Sed ille vbi immatura libertate potitus eſt: ꝯtinuo per equeuos (quibus luxus ⁊ deſidia cordi eſt) amare vitia: ⁊ corruptele vite incedere tramitē ꝑdocet. Et primo quidem cōuiuiorū illecebris decipitur. Inde nocturnis eum furtis ſocium ſibi participem⁊ conciſcunt. Poſt hoc etiam ad maiora flagitia ꝑtrahunt. Cū interea ſenſim iuuenis formabat ⁊ inſtituebat ad ſcelera ⁊ ꝙ eſſet acer ingenio ſicut equus infrenis et validus duris moribus obfirmat⁹ recti itineris lineā derelinquens rectore ꝯtempto rapido curſu totus fert in ꝑceps: ita ſuccedentibus ſibi malis: vt deſperationez ꝙz adeo ſibi ꝑſtite ſalutis acciperet. Dedignat iam de paruis ſceleribus cogitare: grādia que⁊ molitur ⁊ ex integro perditioni ſe tradens nulli inferiorē ſe in flagitiis patit. Deni⁊ illos ipſos ꝗ prius magiſtri criminū fuerant diſcipulos facit. Et latronū ex his turmam quibus ipſe dux ⁊ princeps violentius ꝑeſſet inſtituit ⁊ cū his omni crudelitate graſſatur. Verum tpe elapſo cuz rei ita popoſcet vtilitas inuitat iterum ad illā vrbē ioannes. Et cū cetera quorū gratia venerat ordinaſſet: age inquit o epē depoſitum repreſenta qđ tibi ego plane ⁊ xp̄s cōmēdauimus eccleſia teſte quā regis. At ille obſtupuit primo pecuniā putās ſe a repoſci quam non acceperat. Sed rurſum cōſiderabat nec poſſe fallere ioannem: nec quod non dedit querere: herebat igitur ſtupens. Quē ioannes herentem vidēs iuuenem inquit illū repeto a te ⁊ animā fratris. Tunc grauiter ſuſpirans ſenior et lachrymis reſolutus ille ait mortuus eſt. Quomodo inꝗt vel quali morte? deo ait mortuus eſt: quia peſſimus ⁊ flagitioſus euaſit. Ad vltimum etiam latrociniū aggreſſus eſt. Deni⁊ nūc montem quēdam cū multa latronum manu occupauit. Quibus auditis Apoſtolus veſtem cōtinuo qua erat indut⁹ ſcidit ⁊ cū ingēti gemitu feriens caput ſuū bonū inquit te cuſtodē fratris aie dereliꝙ. Sed iaz nūc mihi equ⁹ paret ⁊ dux itineris. Et confeſtim ab ipſa eccleſia aſcendēs concitus properabat. Cum⁊ perueniſſet ad locū

attinetur ab his latronibus qui cuſtodias obſeruabãt at ille neq̃ effugere neq̃ prorſus declinare viſq̃ nitens ingenti tantum voce proclamabat: quis ad hoc ipſum veni: adducite mihi principem veſtrum. Qui cum veniret armatus emin⁹ agnito ioanne apoſtolo pudore actus in fugam vertitur. Ille equo poſt eum admiſſo cõfeſtim inſequitur fugitantẽ etiã etatis oblitus ſimul et clamans, Quid fugis o fili patrẽ tuum: quid fugis inermem ſenem miſer noli timere habes adhuc ſpem vite: ego autem rationem reddam pro te certe: et mortem pro te libenter excipiam ſicut et dominus excepit ꝓ nobis: et pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum et crede mihi: quia chriſtus me miſit. At ille audiẽs reſtitit: ac vultum demiſit in terrã. Poſt hec arma proiecit. Tum deinde tremefactus flebat amariſſime: ⁊ accedentis ad ſe ſenis genibus prouoluitur: gemitibus et vlulatibus quibus poterat ſatiſfaciens ⁊ vberrimus lachrymarum ſuarum fontibus iterum baptizabatur occultans ſolam dexteram ſuam. Apoſtolus vero iuriſiurandi ſacramento ſe ei a ſaluatore impetraturum veniam pollicens ſimulq̃ genibus eius prouolutus: atq̃ ipſam dexteram ex cuius ſcelis conſcientia torquebatur tanq̃ iam per penitentiã purgatam deoſculans ad eccleſiam reuocat. Et indeſinenter pro eo oratiões profundens: et cum ipſo pariter ducens crebra ieiunia: indulgentiam a deo quam ei pollicitus fuerat expetebat. Sed et varijs ſermonũ conſolationibus velut quibuſdam precantationibus efferos et exterritos ei⁹ animos mitigabat. Nec pri⁹ abſtitit quam eum in omnibus emendatum etiã eccleſie preficeret prebẽs per hoc magna exempla vere penitentie: et documentum ingens noue regenerationis: atq̃ inſignia quedam ⁊ trophea inuiſibilis in eo reſurrectionis oſtendens. Hec a clemente dicta non ſolum ad ſcientiam rerum: ſed ad vtilitatem legentiũ profutura hunc in noſtris quoq̃ libris teneant locum.

¶ Capit. xviij. de indubitatis ſcripturis ⁊ libris diuinis. A.

AGe iam etiam hui⁹ apl̃i q̃ ſint ſcripta q̃ i autoritate habeant: cũ his pariter explicem⁹. Eſt igit̃ primo euãgeliũ nõis ipſi⁹: qđ in oĩ orbe perſonuit: q̄ autem poſt cetera tria euãgelia quarto a veterib⁹ ſtatutũ ẽ loco: hec erit ratio. Venerabiles ⁊ vere deo digni apoſtoli xp̃i cũ eſſent in omnibus puritate vite ⁊ animi virtutib⁹ clari. nõ magni pẽdebant ſermonis ornatũ. Quippe in quib⁹ oĩa erat diuinis ornata virtutib⁹ ſimul ⁊ ſignorum grã que eis a dño noſtro ieſu xp̃o conceſſa fuerat cõfidentes nõ in ſuaſorijs humane ſapientie verbis ſummã predicationĩs officie collocabãt: ſed in oſtẽtatione ſp̃us ⁊ virtute: per quã mirabilibus cõſummatis: ⁊ verboꝝ ſuoꝝ fide facta vniuerſo orbi regni celorũ ſcientiam tradiderũt paruiducentes plures libros condere: q̄ huiuſcemodi predicationis actio: nõ argumento humani ſermonis: ſed a ſtipulatiõe diuine v̄tutis indigeat.

B ¶ Deniq̃ Paulus qui inter omnes apl̃os eruditior etiam in verbis videt̃: ⁊ in ſenſibus ꝑpotens nõ ampli⁹ q̃ paruũ epiſtolaꝝ ſuarũ corpus reliq̃t. Qui vtiq̃ immẽſa cõtineret intra ſe: atq̃ innumera ſacramẽta: vtpote q̃ etiã viſq̃ ad tertiũ celũ raptus: q̃ gererent̃ inſpexerat: et in ſpũ quoq̃ deo dignũ paradiſum abductus audierat ibi ineffabilia verba ⁊ doctrinã (quecũq̃ illa inibi eſt) ſiue incorporeus illius iterũ ſchole diſcipul⁹ effect⁹ exceperat. Sed ⁊ reliqui dñi ac ſaluatoris noſtri diſcipuli nõ ſolum ex illis duodecim: ſed ⁊ ſi qui extra numerum hunc: de ſchola tñ dñi ⁊ ſaluatoris nr̃i ſermonẽ aliquẽ diuinitus inſpirati memorie reliquerunt: breuem hunc ⁊ ſuccinctum per oĩa eſſe voluerũt. Igitur ex ipſis diſcipulis dñi: mattheus tãtũmodo ⁊ ioãnes ad ſcribendũ appuliſſe animũ tradũtur: neceſſitate quadã in hoc ipſum prouocati. Mattheus eñ prio hebreis ꝑdicauerat. Verũ cũ pararet trãſire ad gẽtes patria lingua ſcripturã compoſuit: ⁊ ea que predicauerat cõprehẽdẽs dereliquit his ad memoriã a q̃bus ꝓficiſcebat̃ vt gẽtibus ꝑdicaret. Poſt hũc luce ⁊ marci ſcriptura

euangelica: ſcdm eas cauſas quas ſupe-
rius diximus editur. Joannē vero tra-
dunt vſq ad vltimum pene vite ſue tps
abſq vllius ſcripture indicijs euāgeliuz
pdicaſſe. Sed cum horū trium euange-
liorum etiā ad ipſum notitia perueniſſet
pbaſſe quidem dicit fidem & veritatē di-
ctorum. Deeſſe tñ vidit aliqua: & ea ma-
xime que primo predicatiōis ſue tēpore
dñs geſſerat. Certum eſt enim ꝙ in ſupe-
rioribus tribus euāgelijs: hec videntur
ſola ꝯtineri: q̄ ab eo geſta ſunt anno quo
ioannes baptiſta vel incluſus eſt in car-
cere vel punit⁹. Deniq ſi obſerues: ſta-
tum in initio narrationis poſtea quā re-
fert mattheus de quadraginta dierū ie-
iunio: et de tentatione eius cōtinuo ſub-
ijcit dicens. Audiens autem quia ioan-
nes tradit⁹ eſt diceſſit de iudea et venit
in galileam. Sed et marcus ſilr poſtea
ꝙ inquit traditus eſt ioannes: venit io-
annes in galileam. Lucas vero etiam
priuſq incipiat aliqd de actibus refer-
re ieſus dicit quia adiecit herodes ſuper
omnia mala q̄ geſſerat & ꝯcluſit ioannez
in carcerem. Quia igit ab his hec vide-
bantur omiſſa: rogatus dr ioannes apls
vt ea que preteriebant priores ante tra-
ditionem ioannis ſaluatoris geſta con-
ſcriberet. Et ideo dicit in euangelio ſuo
hoc fecit initium ſignorum ieſus. Et ite-
rum in alio loco indicat dicens. Nondū
enim ioannes miſſus erat in carcerem.
Ex quibus cōſtat ꝙ ea que anteq ioan-
nes traderet ab ieſu fuerāt geſta deſcri-
bit. Et ideo ſi qs hoc diligenti⁹ cōſideret
euidenter inueniet non ſibi euāgelia diſ-
ſonare: ſed alteri⁹ tpis geſta eſſe que ſcri-
bit ioannes: alteri⁹ vero q̄ ceteri. Unde
qz natiuitatem ſm carnem ſaluatoris vel
mattheus vel lucas deſcripſerat irreti-
cuit hoc ioannes: et a theologia atq ab
ipſa ei⁹ diuinitate ſumit exordiū. Que
pars ſine dubio ipi velut eximio per ſpm
ſanctum reſeruata eſt. Hec etiā de euā-
gelio Joannis dicta ſint. ¶ De marci ve-
ro euangelio ſufficienter ſupra compre-
henſum eſt. Lucas vero in initio euan-
gelij ſui cauſam cur ſcriberet indicauit.
Uidelicet quoniā multi alij temere pre-
ſumpſerant enarrare: que ſibi magis
erant ad liquidum comperta. Uolens er-
go abſtrahere nos a ceterorum narra-
tionibus fidem facit per ſe conſcripte ve-
ritati: certus ꝙ eam vel paulo exponen-
te: vel alijs apoſtolis qui ab initio ipſi
viderant ac ſibi tradiderant conſecutus
ſit: & hanc nobis per proprium euange-
lium tradat. Hec a nobis etiam de luca
breuiter dicta ſint. Oportunius vero et
plenius in tempore inſertis ijs que an-
tiqui autores ſcripta reliquerunt vt ſe
cuncta habeant indicabimus. Joannis
tamē extant preterea & epiſtole de qua-
rum prima neq ab antiquis vnq a po-
ſteris dubitatum eſt. De reliquis vero
duabus: et de reuelatione etiam nūc an-
ceps ſententia habetur. De quibus vt
dixi et a veteribus dubitatum ſuis in lo-
cis ipſorum vocibus approbabimus.

B ¶ Ut ergo (quando quidem in hos
deuenimus locos) omnem noui teſtamen-
ti canonem deſignemus. Primo nobis
omnium euangeliorum celeſtis quadri-
ga iungatur. His actus apoſtolorum co-
puletur. Poſt hos pauli epiſtole ſocien-
tur. Conſequantur vero has prima io-
annis epiſtola. Similiter et petri pri-
ma. Hec ſunt de quibus nulla vnq pror-
ſus extitit dubitatio. Sequenti loco iam
ſunt illa de quibus a nonnullis dubita-
tum eſt. Reuelatio ioannis de qua quid
ſinguli veterū ſenſerint ſuis in locis oſtē-
demus. Et epiſtola iacobi ſed et iude. Pe-
tri quoq ſecunda: et item ioannis ſecun-
da et tertia ſiue he ipſius euangeliſte:
ſiue etiam alterius eius cognominis
oſtendantur. Poſt hec iam ſcriptura eſt
que dicitur actus pauli. Sed et libellus
qui appellatur paſtoris et reuelatio pe-
tri: de quibus quam maxime dubitatur:
fertur etiam barnabe epiſtola et doctri-
na que dicitur apoſtolorum. Quidam
autem his ſociant etiam euangelium
quod dicitur ſecundum hebreos. Quo
precipue vtuntur illi hebrei qui chriſtuz
ſuſcipere videntur: ſed in eccleſia ei con-
tradicitur. Que omnia tamen a nobis
neceſſario enumerata ſunt: vt abſq vlla
ambiguitate clareſceret que ſint in veri
autoritate que ſint in quibus vel cōtra-
dictio aliqua: vel etiam cunctatio: cum

tamē a quāplurimis eccleſijs recipiant
ſoleat admitti. Sed & de eis ſciēduꝫ eſt
que ſub noīe apoſtoloꝝ ab hereticis ꝓ=
feruntur: velut Petri & Thome & Mat=
thie & ceterorum ſimiliter apoſtolorum q̄
appellant euāgelia. Sed & andree & Jo=
annis atq; aliorum apoſtoloꝝ actus q̄d
nuſq; prorſus in ſcripturis veterum: eo=
rum duntaxat qui apoſtolis ſucceſſerūt:
aliqua mentio eorum aut cōmemoratio
habetur. In quibus & ipſe ſtilus multuꝫ
ab eccleſiaſtica conſuetudine deprehen=
ditur eſſe diuerſus. Senſus quoq; ipſe &
omnia que in his inſeruntur longe ab
apoſtolica diſſonant fide. Ex quo figmen
ta eſſe prauitatis heretice comproban=
tur. Unde non inter illa quidem de qui-
bus dubitari diximus collocanda ſunt:
ſed vt aliena penitus et a pietatis regu
la diſcrepantia propellenda. Uerum ad
hiſtorie ordinem redeamus.

¶ Capitulū. xix. de menandro mago.

Bit Simoni mago menander ſuccedit: ſcu
tum diaboli non inferius pri=
mo. Et ipſe ſamarites gene=
re. In arte autem magica ſolus reper=
tus eſt: qui non modo equiparare: ſed et
ſupergredi impietatem magiſtri poſſet. Menander mag.
Maioribus quippe portentis efferreba=
tur ſemetipſum ſaluatorem dicens ad ho
minum ſalutem de celeſtibus & inuiſibili
bus ſeculis deſtinatum. Aſſerēs non ali=
ter poſſe vnumquēq; angelos ſeculi vin
cere: niſi prius a ſemet magice artis per
ordinem ſuſciperet diſciplinam: & per ba
ptiſmum a ſe datum immortalis et eter=
nus effectus in hac vita perpetuus fie=
ret: que omnia ex libris Hyrenei volen=
tibus ſcire perfacile eſt. Sed et iuſtinus
in his ipſis in quibus Simonis fecerat
mentionem: etiam de hoc talia quedam
ſcribit. Menandrum quendam ſamari=
tanum ex vico cappa ratthea ſimonis
diſcipulum: ſtimulis demoniacis incita=
tum veniſſe antiochiā & quamplurimos
per artem magicam decepiſſe ſcimus:
qui hoc etiam ſuadere potuit ſectatori=
bus ſuis: quod non eſſent morituri. Ex
quibus in hodiernum ſunt aliqui ex illo
eadem confitentes: quod eſt vere diabo=
li commentum vt homines magi chriſtia
norum ſibi nomen imponerent: quo per
hoc ſanctum et venerabile religionis no
ſtre myſterium macularent: qui tamen
irrident et ſpernunt eccleſiaſtica dogma
ta: vel de immortalitate anime: vel de re
ſurrectione mortuorum. Uerum hi tali=
bus freti auctoribus de ſpe ſalutis & vi=
te penitus exciderunt.

¶ Capitulū. xx. de ſecta ebioniorum.

Sed & alios
idem demon quos ab
amore chriſti ſeparare
non poterat: alia nihilo
minus arte decepit: id
eſt ebionios q̄ interpre=
tantur pauperes. Uere enim pauperes
ſunt & egeni in ſciētia glorie chriſti. Quo=
niam quidem ſolum eum hominem pu=
tant: & per profectum vite ac virtutis vi
rum iuſtum effectum. Cōmuni etiam na
tiuitate ex viro & femina procreatū. Cu=
ſtodiam vero cenſentes etiam legis ob=
ſeruantiam nec ſufficere ad ſalutem ſolā
chriſti eſtimant fidem. Quidam tamē ex
ipſis refugiunt hanc impietatem: vt ex
viro & femina aſſerant eum natum: ſed
confitentur de ſpiritu ſancto & maria vir
gine. Nec tamen ſemper eum fuiſſe deuꝫ
et verbum ac ſapientiam dei fatentur.
Corporalem vero legis obſeruantiam
cuſtodiūt. Apoſtoli autem epiſtolas om=
nes pariter reſpuunt: et ipſum apoſtatā
legis appellant. Utuntur et euangelio
vno quodam quod ſecundum hebreos
appellatur. Cetera omnia nihil ducunt.
Sabbata cum iudeis ſecundum legem
nobiſcum dominicam diem ſacratam ꝓ
reſurrectione domini obſeruant. Unde
competēter ebionite pro paupertate in=
telligentie compellati ſunt.

¶ Capitu. xxi. de cherintho heretico.

Jiſdem tēpo-
ribus etiam alterius he=
reſeos obortum principeꝫ
cherinthum accepimus.
De quo gayus cuius iam
in ſuperioribus fecimus mentionē: in di

ſputationū ſuarū dialogo ita ſcribit Sz
et cherinthus inquit per reuelationes
quaſdā quas velut a magno apoſtolo
conſcriptas ⁊ per angelos ei reuelatas
putaret:alia quedā portenta nobis in=
troducit. Poſt reſurrectionē terrenum
dicit futurū eſſe regnū xp̄i in hieruſalē.
Et hoīes in carne iterū cōcupiſcentijs ⁊
vitijs ſubiectā cōuerſationē habituros
Contra fidē quoqꝫ ſcripturarū quoſdā
mille annos deſignat: in quibus multa
quidē ⁊ alia corruptiōis opera ⁊ nuptia
rum feſtiuitates dicit futuras:ad eosq̄
libidini ſunt dediti decipiendos.Sed et
dionyſius cum de Joānis reuelatione
diſſereret:⁊ quedā ſm ea que antiq̄tus
eccleſie tradita fuerant diſputaret: mē=
tionē facit hui⁹ ipſius viri in his verbis
Cherinthus inq̄t a quo ⁊ cherinthiana
hereſis oborta eſt.figmenti ſui autorita
tem magni nominis acquirere:ſecundū
ſcripture huius prauam intelligētiam
geſtiebat.Quippe cui⁹ hec erat hereſis
vt affirmaret terrenū futurū eſſe xp̄i re=
gnum. Et q̄ erat ventri et gule ac libi=
dini deditus ea futura decernebat:que
ſibi propria libido dictabat.ventris ⁊ eo
rum q̄ ſubventre ſunt incitamēta:cibis:
potibus:nuptijs: predicabat explenda.
Et vt aliquid ſacratius dicere videre=
tur legales agebat feſtiuitates rurſum
celebrandas:et hoſtias carnales iterū
iugulandas. Hyreneus vero ſecretiora
ipſius heretici in primo operis ſui libro
publicauit.Que inde diſcat ſi quid ple=
nius ſcire vult.

¶ Capitulum. xxij. de nicolao ⁊ hereſi
nicolaitarum.

Ed et alia here
ſis que appellatur Nicolai=
tarum perpauco tempore
tennit.Cuius etiam in reue=
latione Joannis mentio facta eſt. Iſti
nicolaum vnū ex illis qui cum ſtephano
ab apoſtolis cōſtituti ſunt diaconi:auto
rem ſe habere iactabant.Sed clemens
alexādrin⁹ i tertio libro ſtromatū:hec de
eo ſcribit. Pulchrā inq̄t valde hic vxorē
habuit:⁊ poſt aſcēſionē dn̄i ⁊ ſaluatoris
noſtri cū increparet ab ap̄lis tanq̄ de
zelotipie iniuria productā in mediū vxo
rem ſuā ſi quis eā vellet habere permi=
ſit. Et qua occaſione iſti ꝯſis putauere
vt ꝑm hoc factum vel dictum Nicolai
vnuſq̄ſqꝫ carne ſua in q̄ delectaret abu=
teretur.Et obtinentes dictum vel factū
ſimpliciter vel innocenter:abſqꝫ vlla re=
uerentia promiſcuos nūc ⁊ illicitos con=
cubitus expetūt: hi qui ſub illi⁹ nomine
ſectā ſibi ꝓprie libidinis aſſumpſerunt.
Mihi aūt cōpertum eſt nicolaū nullam
prorſus agnouiſſe mulierem preter eā
quā in matrimonio acceperat. Cuius
etiā liberi:femine quidē vſqꝫ ad vltimā
ſenectutem caſta virginitate durauerūt
filius aūt ipſi⁹ ſanctitatē incorrupti cor=
poris cuſtodiuit.Que cū ita ſe habeant
cōſtat illud qđ in medio ap̄lorum ꝓ zelo
tipie ſuaſione ꝓducit vxorē: ex contem=
ptu viri vel libidinis geſtum:quo ꝑ hec
cōtinentē ſe oſtēderet ei⁹ rei quā nimie
putabatur expetere:continendā magis
q̄ expetendā carnis edocēs voluptatem.
Qm̄ quidem nolebat vt opinor ſm ſalua
toris preceptum duobus dn̄is ſeruire:li=
bidini ⁊ deo. Dicunt autē etiā Mathiam
ita docuiſſe aduerſum carnem pugnādū
et in nullo prorſus voluptati eius ac libi
dini cōcedendum. Animā vero alendā ſa
pientie paſtibus ⁊ ſcientie cibis in mai⁹
ſemꝑ augendam.Hec de illis hereſibus
que t̄pibus memoratis a veritate decli=
nātes cito extincte ſunt retuliſſe ſufficiat.

¶ Caplm.xxiij.q̄ ap̄li nō ſunt aſpernati
nuptias.

Lemens ſane hic
cuius vo
ces annotauim⁹;ſcribēs ad=
uerſ⁹ eos q̄ nuptias ſpernūt
iter cetera ēt hec dicit. An ⁊
ap̄los iprobāt Petr⁹ ⁊ eni ac philipp⁹ et
vxores habuerūt ⁊ filias ēt viris nuptū
dederūt. Sz ⁊ paulū nō tedet ap̄lum i q̄dā
ep̄la ſua mētionē vt ſalutationē facere cō
paris ſue quā ſe iō negat circūducere:vt
ad p̄dicationem euāgelij expeditior fiat.
Uerum qm̄ clementis fecimus mentionē
abſurdum nō erit aliā quoqꝫ eius memo
rabilem narrationem proferre quam in
ſeptimo eiuſdez operis libro ita inſeruit.
Aiunt inquit beatum Petrum cū vidiſ=

ſet vxorem ſuā duci ad paſſionē gauiſus eſſe electionis gratia ac reuerſionis ad propriam domū: exclamaſſe poſt eam cū duceretur: ac proprio nomine cōpellantem dixiſſe. O coniunx memento domini. Talia erāt ſanctorū coniugia: tam perfecta fuit affectio beatorū.

¶ Cap. xxiiij. de Joā. ꝛ philippi obitu.

Obitur qz de vite exitu petri vel pauli iam in ſuperioribus explanauimus: ſed ꝛ tēpus Joānis quo vita exceſſit ex parte iā diximus: nunc etiā de loco quietis ſcdm fidem Polycratis Epheſij epiſcopi edocere conueniens puto. Hic etenim polycrates victori epiſcopo vrbis Rome ſcribens: et ipſius et philippi apoſtoli ac filiarum eius pariter meminit dicens. Sicut iam ſuperius inſeruimus quod magna lumina in Aſie partibus dormierunt: que reſuſcitabit dominus in nouiſſimo die aduentus ſui cū venerit in gloria: et requiret omnes ſanctos ſuos. Dico autem de Philippo inquit qui fuit vnus ex apoſtolis qui dormiuit apud Jerapolim. Sed et due eius filie mihi virgines conſenuere: et alia eius filia ſpiritu ſancto repleta permanſit apud Epheſum. Et Joannes ille qui ſupra pectus domini recumbebat qui fuit ſacerdos dei pontificale petalum geſtans martyr ꝛ doctor optimus apud Epheſum dormiuit. Hec etiam de locis: in quibus requieſcunt in ſummo pacis: adiecaſſe ſufficiat. Sed et gayus: cuius ante mētio facta eſt in dyalogo ſuo: quē cum proculo diſputans ſcribit: de filiabus Philippi ſimul et obitu ipſius: conſonis vocibus memorat dicēs. Poſt hoc autem propheteſſe quatuor fuerant philippi filie: cuius ſepulchrum eſt apud Jerapolim Aſie vrbem vna cum filiabus ſuis. De his autē et Lucas in actibus apoſtolorum meminit: cum adhuc apud ceſaream degerent: dicit ergo ita. Venimus inquit ceſaream: et ingreſſi in domum Philippi euangeliſte qui erat ex ſeptē manſimus apud eum. Huic autē erāt virgines filie quatuor prophetantes. His igitur a nobis de apoſtolorū tpibus vel exceſſibus ꝓut potuimus ex ſcripturis veterū cōgregatis. Sz ꝛ de ſcripturarū canonicarū q̄ in autoritate habeantur libris vel qui penitus repudientur. Qui vero mediū quodāmodo ad inſtructionem ab eccleſijs nō etiā ad indubitantē autoritatē recepti ſint ꝯſequenter expoſitis tēdamus ad cetera.

¶ Cap. xxv. quomō Symeon hieroſolymorum eps mortem pro chriſto conſtantiſſime pertulit.

Poſt Neronem Domitianūqз: ſub hoc cuius nunc tpa memoramus: ꝑ ſingulas ciuitates ex inſolētia populi perſecutionem in noſtros accepimus motam.

A ¶ Quo in tpe etiā Symeon Cleophe filius (quē ſcdm hieroſolymis ordinatū Epm ſupra edocuimus) per martyrium carnis vinculis reſolutus eſt. Horum aſtipulator: ipſe ille eſt Egeſippus: quē in pluribus iam ꝓduximus teſtem. Is ergo refert: q̄ a quibuſdā hereticis accuſatus ſit ſupradictus vir tanq̄ xpianus ꝛ multis ſupplicijs afflictus ꝑ multos dies: ita vt etiā iudex ipſe cū amicis ſuis de eius patiētia miraretur. Et ad vltimū iuberet ſimili eū qua dñs pertulit paſſionē vitā finire. Sed ꝛ ipſa verba q̄bus hec ꝓteſtatur addere gratius puto. Ait ergo cū de hereticis diceret. Ex his igitur ipſis accuſauerūt quidē ſymeonem cleophe filium: tanq̄ qui eſſet ex genere dauid ꝛ xpianus. Et ita martyr effectus eſt: cum eſſet annorū centum viginti ſub traiano Ceſare apud atticum conſularem. Addit aūt etiā hoc q̄d accuſatores eius cū in illis tpibus perquirerentur ſi qui ex genere dauid et ex regia tribu deſcenderent cōprehenſi ſunt inter ipſos. Q̄d aūt ſymeō vnus fuerit ex ipſis auditoribus dñi: vel longeuitas eius inditio eſt vel euangeliorū fides vbi etiā mater eius maria cleophe vxor refertur. Sed ꝛ alios quoſdā idē ſcriptor refert preter eos de q̄bus diximus nepotes. Jude vnius ex fratribus dñi ꝑ idē tpa ſuperſtites inuētos et domitiani temporibus martyres factos hoc modo ſcribens. Veniunt igitur hi ꝛ.

tur hi ⁊ preſunt omni eccleſie tãq̃ martyres et propinqui dñi: et reddita pace eccleſie permanſerunt vſq̃ ad tempora traiani ceſaris: vſq̃ quo cõſobrinus domini Symeon (de quo ſupra diximꝰ) filius cleophe calumniam pateretur ab hereticis tanq̃ chriſtianus conſulari delatus. Cũq̃ multo tpe ſupplicijs fuiſſet affectus martyrio cõſummatus eſt: omnibus qui aderãt ⁊ ipſo iudice mirantibus vt centum viginti annorum ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet.

D ❡ Poſt hec idẽ ſcriptor addit etiã hoc qđ vſq̃ ad illa tempora virgo munda ⁊ immaculata pmanſit eccleſia Corruptoribus veritatis et diuini verbi temeratoribus aut nunq̃ omnino extantibus aut etiã ſi quid forte fuerãt in occultis et abditis hiatibus terre deliteſcẽtibus. vt vero ⁊ apoſtolorũ chorus et omnis illa etas que a domino ſuſceperat viue vocis auditũ de hac luce diſceſſit. tum velut in vacuam domũ falſe doctrine impius ſe error immerſit et tanq̃ vbi nullus: iã diuini cenſus defenſor exiſteret. nudato vt aiũt capite corripientes arma mẽdacij oppugnare aplicam veritatẽ nitunť. Sed iſtud bellũ intrinſecus gerebať. Perſecutionũ vero extrinſecus pondus vigebat eccleſiam ⁊ eam immenſe caterne martyrũ quotidie iugulabanť. vt plinius ſcđs qui tũc prouinciã amminiſtrabat multitudine interemptorũ ꝑmotus referret ad imperatorem ꝙ innumera hoim milia quotidie obtruncarenť: in quibus nihil omnino ſceleris deprehenderenť admiſſum. aut aliquid contrariũ romanis legibus geſtum niſi hoc ſolũ ꝙ ante lucanos hymnos chriſto cuidam canerent deo. Adulteria vero vel cetera huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi ⁊ penitꝰ arceri. Cetera vero ſecundum leges eos agere communes.

❡ Capitulũ vigeſimum ſextum. ꝙ traianus xp̄ianos vetuerit inquiri.

Ad quem tunc Traianus reſcripti ſui autoritate decernit. vt chriſtiani nõ quidẽ requiranť ſi qui tñ inciderint puniant ꝑ qđ ex pte aliqua pſecutionis ſedatũ putabať incendiũ. Sꝫ his q̃ nequitiã ſuã aduerſum nos exercere cupiebãt ledẽdi occaſio non videbatur erepta. Interdũ eñi ppl's inſtigabať interdũ ẽt iudex occaſionibus vtebať: et negabat queſitos quos punire voluiſſet oblatos: hec tertulianus in apologetico ſuo dicit ex quo poſſunt inſtrui plenius ſcire cupientes.

❡ Cap. xxvij. de morte Symeonis.

Bitur in vrbe roma tertiꝰ ab aplis clemẽs noue annis ſacerdotio pfunctus. Euariſto diuini verbi tradit miniſteriũ. In hieroſolymis vero Symeone de quo ſuperiꝰ diximꝰ defuncto iuſtꝰ qđã ex his q̃ de circũciſione ad fidẽ xp̄i venerãt epatũ ſuſcepit. Quibus tpibꝰ apud Aſiã ſuperat adhuc ⁊ florebat ex aplorũ diſcipulis policarpꝰ myrneoꝝ ecclie ep̄s: ⁊ papias ſitr apud Ierapolym ſacerdotium gerens.

❡ Cap. xxviij. de ignatio ⁊ epl'is eius. B

Ed ⁊ in noſtra quoq̃ tẽpora fame celebritate vulgatus ignatius apud anthiochiam poſt petrũ ſecunda ſucceſſione epiſcopatũ ſortitꝰ eſt. Quẽ ſermo tradidit de ſyrie partibꝰ ad vrbẽ romã trãſmiſſum ⁊ ꝓ martyrio xp̄i ad beſtias datũ. Quinq̃ cũ ꝑ aſiam ſub cuſtodia nauigaret ſingulas quaſq̃ digrediẽs ciuitates ecclie populos euangelicis cohortationibꝰ edocebat in fide perſiſtere ⁊ obſeruare ſe ab hereticoꝝ cõtagijs q̃ tũc primũ copioſius ceperãt pullulare: ⁊ diligentiꝰ ac tenatius apoſtolorũ traditionibꝰ inhererent. Quas traditiones cautele grã ⁊ ne quid apud poſteros remaneret Icerti etiã ſcriptis ſe aſſeruit epiſtolis reliquiſſet. Deniq̃ cũ ſmirnã veniſſet vbi erat Polycarpꝰ ſcribit ide vnã epiſtolã ad epheſios eorũq̃ paſtorẽ in q̃ meminit ⁊ Oneſimi Aliam magneſie ciuitati que ſ. meãdrũ iacet. In q̃ ⁊ epi Damei mẽtionẽ facit. Sed ⁊ ecclie q̃ eſt trallis ſcribit cuiꝰ pncipẽ tũc eſſe polimiũ deſignauit. In ea vero quã

ad roma. eccleſiā ſcribit deprecatur eos ne ſe tāq̄ ſupplicijs ſuis p̄centes velint priuare martyrio. Et his poſt aliquāta vtit̄ verbis a ſyria indē romā cū vſq̄ beſtijs terra mariq̄ depugno die ac nocte cōnexus ⁊ colligatus decē leopardis de militib⁹ dico ad cuſtodiā datis: q̄ ex bn̄ficijs nr̄is ſeuiores fiūt. Sz ego eoꝝ neq̄tijs magis erudior nec tn̄ in hoc iuſtificat⁹ ſuz. O ſalutares beſtias q̄ p̄parant̄ mihi q̄n venient̄ q̄n emittent̄ q̄n eis frui lz carnib⁹ meis quas ⁊ ego apto acriores parari ⁊ inuitabo ad deuorationez mei ⁊ deprecabor ne forte vt in nōnullis fecerūt timeāt cōtingere corpus meum. Quinimo ⁊ ſi cūctabunt̄: ego vim faciā. Ego me ingerā. Date queſo veniā ego noui q̄d expediat mihi. Nūc incipio eſſe diſcipulus xp̄i. Faceſſat inuidia vel humani affectus vel nequitie ſp̄ualis vt ieſum xp̄m merear adipiſci. Ignes vel cruces beſtie diſp̄ſiones oſſium diſcerptioneſq̄ mēbroꝝ ac toti⁹ corpis pene ⁊ oīa in me vnū ſupplicia diaboli arte queſita conſentur dū modo ieſum xp̄m merear adipiſci hec ⁊ multa alia his ſimilia ad diuerſas eccleſias ſcribit.

B ¶ Sed ⁊ polycarpū velut ap̄licum virū datis lr̄is anthiochenā ei eccleſiam p̄cipue ꝯmendat ad ſmyrneos ſane ſcribens vtit̄ verbis quibuſdā (vnde aſſumptis neſcimus) quibus hec de ſaluatore proloquit̄. Ego aūt poſt reſurrectionē quoq̄ in carne eū ſcio fuiſſe ⁊ credo. Nā ⁊ cū veniſſet ad petrū ceteroſq̄ ait eis. Accedite ⁊ videte: q2 non ſum demoniū incorporeum. Qui ⁊ contingentes eum crediderunt ei. Scit autem et hyreneus eius martyriū: ⁊ mentionē facit ſcriptorū eius p̄ hec verba. Sicut dixit inquit quidā ex noſtris p̄ martyrio chriſti dānatus ad beſtias. Frumentū inquit ego ſum dei beſtiarū dentibus molor ⁊ ſubigor vt panis mūdus efficar chriſto. Sed ⁊ policarpus horum memoriam facit in epiſtola quā ad philippenſes ſcribit per hec. Dep̄cor inquit omnes vos obedientie operam dare ⁊ meditari patientiam quā vidiſtis in ignatio ⁊ ruſo et zoſimo beatis viris. Precipue autē in paulo et ceteris ap̄lis q̄ fuerunt apud vos ſcientes q̄ his omnes nō in vacuū ſed p̄ fidez ⁊ iuſtitiā cucurrere vſq̄quo p̄uenirent ad locū ſibi a dn̄o preparatū. Quī quidem paſſionū eius participes extiterūt nec dilexere preſens ſeculū ſed eū ſolum qui pro ipſis ⁊ p̄ nobis mortuus eſt et reſurrexit. Et poſt pauca ſubiūgit. Scripſiſtis mihi ⁊ vos ⁊ ignatius vt ſi q̄s vadit ad ptes ſyrie deferat literas ad vos. Quod faciā cū tempus inuenero. Mittā vobis ⁊ ignatij epiſtolas et alias ſi que ſunt que ad nos tranſmiſſe ſunt ex quibus vtilitatem maximam capiatis cōtinent eī de fide ⁊ patientia inſtructionē perfectam ſm̄ domini preceptū. Hactenus de ignatio.

¶ Cap̄. xxix. de quibuſdam euangeliſtis qui poſt apoſtolos claruerunt.

POſt hunc rexit eccleſiam ciuitatis antiochene heroes. Inter eoſdem ſane floruit vir eq̄ iſignis Quadratus. Qui vna cum Philippi filiabus in prophetica gratia celeberrimus fuiſſe prohibetur. Sed ⁊ alij plurimi per idez tempus apoſtolorum diſcipuli ſuperſtites erāt qui eccl̄ie fundamentis que ab illis locata fuerāt digniſſima deſuper fidei edificia conſtruebant augētes in oībus predicationem verbi domini: ⁊ ſalutaria ſemina regni celoꝝ per omnē terram latius diſſerentes. Deniq̄ nonnulli ex his ardentiore diuine philoſophie cupiditate ſuccenſi animas ſuas verbo dei cōſecrabāt explentes perfectionis ſalutare preceptū: vt facultates ſuas prima indigētibus diuidētes expediti ad predicandum euangeliū fierēt. Ut ſi quib⁹ forte prouincijs nomen fidei eſſet cognitum predicarēt primaq̄ apud eos fundamēta euāgelij collocātes atq̄ electis quibuſq̄ ex ipſis officiū regende eccleſie quā fundauerāt ꝯmittētes. Ipſi rurſuz ad alias gētes aliaſq̄ p̄uincias properabāt: ⁊ euāgeliſtarū fungebant̄ officio. Quoſq̄ ſilr̄ vt in exordio ap̄los diuinorū ſignorū comitabant̄ effect⁹ ⁊ ſc̄ti ſp̄us gr̄a ita vt videres vna allocutione integros ſimul populos ad cultū diuine religionis adduci et p̄dicantiū verbis non

eſſe tardiorē audiētium fidē. Uerū quo=
niam impoſſibile eſt nobis ſingulos enu
merare qui poſt apoſtolorū primas ſuc
ceſſiones in eccleſijs que per orbē terre
ſunt vel principes vel euangeliſte fue=
rint vel paſtores illos tantummodo cō=
memoraſſe ſufficiat quorum libris inſer=
ta ad nos vſq; fidei ꝛ predicationis mo=
numēta venere. Ut clemētis ꝛ ignatij ce
terorumq; quorū ſuperius facimus men
tionem.

¶ Capi.xxx. de epiſtola clementis ad
corinthios ꝛ libris papie.

CLemēs tamē in epiſtola quam ad corin=
thios ſcripſit meminit epi=
ſtole pauli ad hebreos ꝛ vti
tur eius teſtimonijs.
¶ Cū cōſtat ꝙ ap̄ls tanq̄ hebreis
mittandā patrio eā ſermone cōſcripſe=
rit: ꝛ vt quidā tradūt Lucā euāgeliſtā:
alij aūt hunc ip̄m clementē interp̄tatum
eſſe: qd̄ ꝛ magis verū eſt: qꝛ ꝛ ſtilus ipſe
epiſtole clementis cum hac concordat et
ſenſus nimirū vtriuſq; ſcripture pluri=
mam ſimilitudinē ferunt. Dicitur tn̄ eſ
ſe alia clemētis epiſtola cuius nos notitiā
non accepimus. Sed ꝛ alia eius opuſcu
la nō minima a nōnullis haberi perhibē
tur velut petri ꝛ appionis diſputatio: q̄
in vſu a veteribus habita minime repe=
rimus: qꝛ nec pura in eis et incorrupta
apoſtolice fidei regula manſiſſe depre=
hendit̄. Papie quoq; ferunt̄ quinq; libri
qui attitulatur verborum dominicorum
explanatio horum facit ꝛ Hyreneus mē
tionē p̱ hec verba. ¶ Hec aūt et papias
ioannis auditor policarpi vero condiſci
pulus et ſodalis vir vr.us ex antiquis:
proteſtat̄ in primo libro ſuo. Quinq; enī
volumina conſcripſit. Hec quidē hire=
neus de papia. Ipſe vero de ſe indicat
tanq̄ qui non ab apoſtolis ſed ab eorum
diſcipulis ſuſceperit fidem: per hec v̄ba.
Nā pigebit aūt nos tibi oīa que quondā
a preſbyteris didicimus et bene retine=
mus recordātes exponere cū interpreta
tionibus ſuis: ꝛ vt ſe eoꝝ v̄itas habeat
explicare. Neq; enim multa dicentibus:
ſed vera tradentib9 auſcultauimus neq;
his qui hominum precepta ſed qui do=
mini mandata memorabant ab ipſa ve=
ritate ſuſcepta. Quod ſi quando adue=
niſſet aliquis ex his qui ſecuti ſunt apo=
ſtolos ab ip̄o ſedulo explicabar quid An
dreas quid Petrus dixerit quid autem
Philippus vel Thomas quid vero Ia
cobus quid Ioannes aut quid Matthe9
vel alius qui ex diſcipulis domini: queve
Ariſtion vel ioannes preſbyter ceteriq;
diſcipuli dicebant. Hec enim tātum mihi
librorū electiones prodeſſe credebam q̄ tā
tum viue vocis preſentiſq; magiſterium.
Sed mihi dignū videtur intēdere ꝙ ſcd̄o
nomen Ioannis enumerat et eū quidē
cuius primo meminit Petro et Iacobo
ac Mattheo ceteriſq; apoſtolis ſociat
quē ſine dubio ip̄m euangeliſtam eſſe et
apoſtolum conſtat. Aliū vero Ioannē di
ſtinctiōe quadā facta extra ap̄loꝝ nume
rū collat p̄ferēs ei. Ariſtionē quandā et
euidēter eū p̄ſbyterū nominat: vt p̱ hec
cōprobet̄ verū eſſe illud qd̄ quidā Aſiam
ſcribūt ꝙ duo ſint apud Epheſum ſepul
chra ꝛ vtrumq; Ioānis appellatur. Qui
bus ſic diligentius intēdamus fortaſſis
ſecundus hic erit Ioannes ſi ille non cre
ditur primus ſub cuius nomine reuela=
tio habetur que appellatur Ioannis.
Sed et hic ipſe de quo nobis ſermo eſt
Papias apoſtolorum ſe verbera ab his
qui ſecuti eos fuerant Ariſtione videli=
cet et Ioanne preſbytero aſſerit ſuſcepiſ
ſe. Unde et frequenter nominatim in
commentarijs ſuis a Ioanne et ariſtio=
ne traditum ſibi de ſingulis quibuſq;
commemorat. ¶ Meminit ſane idem ip=
ſe etiam de quibuſdam mirabilibus in
opere ſuo que pretereunda nemine cen=
ſeo. Per Philipi enim euangeliſte fi=
lias propheteſſas hec ſibi tradita eſſe
deſignat. Mortuum reſurrexiſſe tem=
poribus ſuis dicit. Sed et de Iuſto qui
cognominatus eſt Barſabas refert mi=
raculum ingens quia venenum biberit
et nihil ex hoc triſte pertulerit ꝓpter do=
mini fidem. Iuſtus autē ipſe eſt hic qui
poſt ſaluatoris aſcenſum a ſanctis apo
ſtolis cum Mathia ad apoſtolatus ſor=
tem ſtatutus eſt ſicut in actibus apoſto=
lorum commemoratur. Dicit autem et

alia plurima a maiorib⁹ ſibi tradita miracula ⁊ nouas quaſdā parabolas ſaluatoris ⁊ doctrinā incognitam magiſq; fabuloſam. Mille annos futuros poſt reſurrectionez quibus corporaliter regnū chriſti in hac terra futurum ſit. Sed ego puto eū ſpirituales ⁊ myſticas apoſtolorum traditiones corporaliter ⁊ ſm literas ſuſcepiſſe nec potuiſſe diſcernere ea que illi i figuris velut lactātibus ⁊ paruulis loquebātur. Qui et reuera etiā ex ipſis que cōſcripſit opuſculis exigui ſenſus vir ⁊ minus capacis oſtēditur. Multis tñ poſt ſe eccleſiaſticis viris erroris huius p̄buit cauſas autoritatez dogmati tm̄ ex vetuſtate tribuēs non etiā ex rōne dictorum ſicut Hyreneo ⁊ ſi quis ali⁹ eū in hac parte viſus eſt ſequi. Alia quoq; quāplurima ſupra memorati Ariſtionis refert tanq; ex verbis et domini tradita ⁊ Joānis preſbyteri que ſi quis vult plenius noſcere ipſos eius relegat libellos. Nos tñ illud aſſumemus ex his qđ de Marco euangeliſta his protulit verbis. Etiā hoc (inq̄t) p̄ſbyter narrabat qđ Marcus interpres fuerit Petri ⁊ quecū q; meminerit ab eo dicta conſcripſerit. Non tamen ꝑ ordinem ea que a domino dicta ſunt vel facta digeſſerit q: non ipſe auditor dñi fuerit vel ſectator ſed nouiſſime: vt dixi petro adeſit ad vſum ac miniſteriū predicandi non ad conſcribendos domini ſermones. Itaq; nihil peccauit Marcus in eo quod ita quedam ſcripſerit quaſi qui paſſim audita recordari videatur. Et hoc ſolum ſatis egit ne quid ex auditis omittere aut aliq̄d falſum ſcriberet. Hec de marco ſcribit papias. Sed ⁊ de Mathea ita refert Matthe⁹ quidē ſcripſit hebreo ſermone. Interpretat⁹ eſt aūt ea q̄ ſcripſit vnuſquiſq; ſicut potuit. Hec etiā de Mattheo. Utitur ſane idem papias teſtimonijs ex epiſtola Joannis prima et petri ſimuliter prima. Simul ⁊ hiſtoriam quandā ſubiungit de muliere adultera que accuſata eſt a iudeis apđ dñm. Habetur autez in euangelio qđ dicitur ſcđʒ hebreos ſcripta iſta parabola ſed de his iſta ſufficiant.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit liber quartus.

¶ Capitulū. j. de quorūdā epiſcopoꝝ ſucceſſione ſimul iudeorum contra gētiles ſeditione.

Duodecimo anno principatus traiani Ceſaris credo quē pauloante memorauimus Alexandrinorum gubernare plebem diē obijt. Poſt quem quartus ab apoſtolis. Primus nomine ſacerdotij inibi iura ſuſcepit. Eadem tempeſtate Alexander quoq; rome cum octauum annum Euariſtus ſacerdotalis adminiſtratiōis impleſſet: quinta ſucceſſione poſt petrum atq; paulum plebis gubernacula ſortitus eſt. Et quidem ſaluatoris noſtri inſtitutio eccleſiarumq; profectus creſcebat in dies Judeorum porro funera denſiſſimis cladibus exagitabantur. ¶ Itaq; poſtq; preditus imperator annum octauumdecimum principatus ingreſſus eſt rurſus iudeoruʒ tumultos exarſit. Quo magnus mox numerus gentis eius occubuit. Nam et Alexandrie et per egyptum vel cyrenem tanq; atroci quodam ſeditioſoq; ſpiritu exagitati. primo ſimul cōmanentibus viciniſq; gentibus inferre certamina. Tū deinde paulatim ſeditione creſcente ſequenti iam anno bellum publicum ⁊ non minimum intulere. Romano duci tunc lupo cuidam in partibus egypti: ac ſane primo prelio iudeos ſecuta victoria eſt. Sʒ gentiles qui ex acie fugerant irrumpentes Alexandriam iudeos ſi quos forte inibi repererūt captos interimere. Quorum auxilio deſtituti reliqui qui apud Cyrenem rebelles extiterāt velut deſperantes ad agros Egypti ⁊ caſtella vaſtāda vertunt̄ duce luca. Aduerſus hos imperator mittit cū exercitu peditum atq; equitum ſed et nauali manu: martium turbonem. Qui multis ſane prelijs nec paruo tempore conſumptis multa milia iudeorum nō modo apud Cyrenem: ſed ⁊ in egypto qui luce auxiliū ferebāt ꝓſtrauit ac pertulit.

¶ Capitulum.ij. qualia ſub traiano paſſi ſunt iudei.

PRinceps vero magnꝰ etiam eos q̄ apud meſopotamiā cōſiſtebāt iudeos ratus ſimilia auſuros. Lutio quieto ꝑcipit delere ꝓuinciā funditꝰ ac totā gētē penitꝰ excidere. Tū ille directa acie magnā eoꝝ multitudine ſternit. Cuius facinoris grā quietꝰ remunerationis vicē ab īpatore. ꝓuincie iudee adeptꝰ eſt preſidatū. Sꝫ hec etiā grecoꝝ gētiliū hiſtoriographi per ſingulas quaſq; etates eodē ordine memorie tradiderūt.

¶ Cap.iij. qui ſub adriano fidei defenſiones ſcripſerint.

TRaiano autē viginti annis minimis ſex mēſibus principatu perfuncto. Helius Adrianus in ſceptra ſuccedit. Huic quadratus oratiōe ſplendidiſſimā apologeticū librum pro nr̄a religione cōſcriptū ꝛ validiſſimis communitū aſſertionibus obtulit. Quoniā quidā maligni quidā hōies ſub eodē principe noſtros nitebantur inceſſere. Qui liber hodieq; ſeruatᷣ ꝛ apud nos ꝛ apud multos ex fratribꝰ noſtris. Ex quo volumine inditia magni cuiuſdā viri ꝛ mentis ac fidei apoſtolice eius ſcꝫ qui cōſcripſerat colligunt. Idē igitur ipſe ſue antiquitatis ſpecimē talibꝰ exprimit verbis. Noſtri aūt ſaluatoris inquit opera ſemper aderāt viua ꝛ vera in his qui ſanati fuerant ꝛ in his qui a mortuis excitati ſunt. Non eni viſi ſunt tātūmodo vel reſurgere vel ſanari: ſed perpetuo ab hoībus videbantᷣ nō tm̄ ſaluatore ꝑſente ſed et poſt diceſſum eius multis tpībus ita vt aliquāti qui ab eo vel curati vel reſuſcitati ſunt etiā ad noſtra vſq; tpa ꝑdurarint. Et de hoc quidē ſatis dictum. Sed ꝛ ariſtides vir fidelis ꝛ pietate noſtre religionis imbutꝰ quadrato ſimile volumen adꝫ Adrianū pro fidei noſtre rōne cōſcripſit: cuius etiā nunc ſcripta ſeruantur.

¶ Capitulum.iiij. de epiſcoporū Alexandrinorum ꝛ hieroſolymorum ſucceſſione.

TErtio aūt eiuſdem principatus anno Alexander epīs romane vrbis ſacerdotiū ſimul ac vitā finiūt decennio expleto. Huic ſubrogatur ſixtus. Sed ꝛ Alexādrie eodē tpe defuncto. Primo duodecimo ſui ſacerdotij anno epiſcopatum Iuſtus excepit. In hieroſolymis ſane epōꝝ tempora ſucceſſioneſq; nullis ad integrū monumētis cōſeruata reperimus eo ꝙ valde ad breue tempus mortis celeritate precepti ſacerdotio ſinguli quiq; functi perhibeantᷣ: ita vt quātū ex veterum lectione comperio ad tpa vſq; principis adriani ſub quo iudei excidium paſſi ſunt: tradāt quindecim epiſcoporum ſucceſſiōes eē decurſas. Quos oēs aiunt hebreos antique originis extitiſſe ꝛ ſcientiā xp̄i fideliter recepiſſe. Et ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare ſacerdotio quoq; viſos eſſe digniſſimos: quippe cū omnis tūc eccleſia ex hebreis fidelibꝰ coaceruata firmataq; videretur incipientibus ab apoſtolis ꝛ ꝑdurantibus nimirū vſq; ad illud tp̄s excidij quo iudei iterū deficientes a romanis magnis rurſum ꝑlijs ſubiugati ſunt. Igitur qꝛ per idem tp̄s aſſumere epōs ex circūciſione ceſſatuꝫ eſt: neceſſarium videtur omnes a primo vſq; ad id tp̄s enumerare pariᷣ ſacerdotes. Primꝰ itaq; iacobꝰ qui dn̄i frater eſt habiturus. Poſt hunc ſymeon electus eſt. Tertius iuſtus zachēꝰ quartus. Deinde thobias quintus. Beniamin ſextus ac ſeptimus ioannes. Tum mathias: quem philippus excepit. Cui decimus ſeneca ſubrogatus eſt. Iuſtus exinde: ac duodecimus leui. Poſt hunc effreni: et quartuſdecimus ioſeph. Ac finis omniuꝫ iudas. Iſti ſunt fere oēs qui hieroſolymi epiſcopi ab apoſtolis ad illa vſq; tpa q̄ ſuperiꝰ deſignauimus plebi illi ex circunciſione prefuerūt. ¶ Rome aūt duodecimo anno memorati pncipatus. Sixto duodecim annis eccleſie gubernaculis functore theleſphorus ſeptimus apoſtolis ſubrogatur. Anno poſt quē ꝛ vno mēſe Alexādrine eccleſie moderamē cumeneus ſexta ſucceſſione ſuſcepit: cum deceſſor eius

vndecim annis populo prefuiſſet.

¶ Cap.v. nouiſſimum iudeorum exci dium ſub adriano.

VEruꝫ iudaicis motibus ac factionibꝰ rurſus ad maiora ꝓgreſſis rurſus iu dec preſidens armata manu ſibi ab imꝑatore decreta: in ſolentiã gen tis acerrime ꝯprimebat: multa milia paſ ſim virorũ feminarum puerorumqꝫ con ficiens: quorum terras iure belli: roma no vendicabat imperio. Tpe quo iſta ge rebant̃: ducebat exercitum iudeorũ Bar chochadas quidã qḋ nomen ſignificat ſtellam: ceterũ vir crudelis et ſceleſtus. Sed ex vocabulo ſuo velut vilibus mãci pijs perſuadebat: ſe ob ſalutẽ coꝝ ſidus magnũ celitꝰ eſſe delapſum: egris morta libus longa obſcuritate damnatis ferre lucis auxiliũ. Igitur cũ maxime belli hu ius fomenta cõcreſceret̃: octauodecimo anno principatus eiuſdẽ: apud bethara oppidum preualidum hieroſolymis vici nũ: cum longiora romanis tẽderetur ob ſidio: fame ac ſiti perduellibꝰ intrinſecus ad extremũ internitionis adductis poſt ꝙ dux ipſe precipue meritas ſuo facino re penas luit: omnis hec natio iã ex illo ab omni regione finitima hieroſolymorũ penitus arcebatur cum ſanctione diui ne legis: tum maxime cõſtitutionibus et decretis Adriani ita vt ne de excelſiori qui dem proſpectu: eminꝰ eis ſaltem pater num ſolũ prophanis obtutibꝰ liceret in ſpicere. Ariſtopelleus hiſtoriographꝰ iſta proſequitur. Ita factũ eſt: vt ciuitas poſt interitum iudaice gẽtis incolis mox in eam peregrine nationis confluentibꝰ permutatis ciuibus etiam ipſa helia ap pellaretur: ex cognomento imperatoris heli. Adriani. Et vt in romanorũ ius to ta conuerſari tum pariter mutaret ac nomen.

¶ Ca.vj. ḋ pſeudo ſcriptoribꝰ ꝛ apl̃is quos hiſdẽ tpibus demon excitauit.

TBit ex gẽtibꝰ vt inibi cepit eccleſia congre gari: primus poſt ep̃os ex cir cunciſione: ſacerdotium ciui tatis illius accepit marcus. Cumqꝫ iam refulgentibus in modũ clariſſimorum ſi derum eccleſijs vbiqꝫ terrarum vigente etiã ꝑ omne genus hoim̃ fide: qua cun cti pariter ſaluatorẽ ac dñm noſtrum ie ſum xp̃m: integre ꝛ cõſtanter crediderãt: ille totiꝰ bonitatis emulus demon: vtpo te veritatis inimicus: ꝛ ſalutis humane hoſtis perpetuꝰ: oĩa molimina cõtra deũ ꝛ eccleſiã ꝟſans: ꝙ priꝰ exteriꝰ eã perſecu tionibus ꝛ hoſtilibꝰ oppugnauerat: nũc malignis quibuſdã viris ꝛ deceptoribꝰ repertis in teſtino bello eã quatere nitit̃. Sꝫ vt fraudulenti fallaceſqꝫ hoĩes. no ſtre religionis ſimulato tantum nomine induti: fideliuꝫ quidem ſi quos forte per ſuaſionis ſue fraude deciperent peſſum darent ignorãtes vero fidei noſtre myſte rium peruerſis et feralibus ſuis geſtis vel aſſertionibus impeditos a deſiderio vere fidei et ſalutis longius ſummoue rẽt. Igitur humani generis deceptor an tiquus poſt menandrũ quẽ ſupra retuli mus ſymeonis ſucceſſorem velut quan dam beſtiã bino ore ſibilãtem biniſqꝫ lin guis diobolica venena vibrantem. ſatur niũ quẽdam antiochie gentiũ ꝛ baſilidẽ Alexãdrie ortũ produxit. Quorum vter qꝫ ſuis in regionibus officinas impie ac deo inuiſe condidit diſcipline. Et quidẽ in omnibus pene ſaturniũ eadẽ que me nandrũ commentatũ eſſe ſignificat hyre neus. Baſilidem vero ꝑtextu iuſtitie do ctrine immenſum tetendiſſe mẽtis impie cogitatũ dũ ꝓdigioſa fabularũ figmẽta ſibimet complaceret.

¶ Ca.vij. de ſcriptoribꝰ eccleſiaſticis qui ea tempeſtate claruerunt.

SEd e cõtra mul ti admodũ eccleſiaſtici viri ꝓ ꝟitate fortiter ſtare: ac ſcri ptis quoqꝫ ꝛ aſſertiõibus ꝟa rõne ſubnixis ꝓ apl̃ica ꝛ eccl̃iaſtica tra ditiõe certare vt ex libroꝝ monumentis etiã poſteris ad cauẽda hereticoꝝ vene na munimẽ ꝛ ſubſidiũ ꝑberet̃. E qbꝰ ꝑue nit ad nos liber celeberrimi ſcriptoris eiꝰ tpis agrippe caſtoris cõfutationẽ baſili dis validiſſimã continẽs ꝑ quẽ verſutia ꝛ calliditas viri ad decipiendũ nimis apta

detegitur.Deniqȝ cũ publicaret eius ar
chana dixit eum de euãgelio quidẽ qua
tuor ⁊ viginti cõmentarios condidiſſe.
Prophetas ẜo ſibimet nũcupaſſe quoſ=
dam barchabam:⁊ barchob alioſqȝ qui
nunqȝ extiterunt.Quos ipſe tñ cõſtitue=
rit ſibi ac barbaris vocabulis vt eẽt ap
pellatio ipſa terribilis nominarit.Doce
re etiam eum refert:imolata abſqȝ vllo
reſpectu conſcientie deguſtanda ⁊ ſine
ſcrupulo atqȝ indifferenter fidẽ negan=
daȝ perſecutionis tꝑibus.Sectatoreſqȝ
ſuos ad mortem pythagoricum docuit
quinquẽnio ſilere.Addit alia quoqȝ nõ
pauca quib⁹ ſecte huius errorem peni=
tus a ſe deprehenſum ⁊ cõfutatum eſſe
declarat.¶ Sȝ ⁊ hyreneus ſcribit eodẽ
tꝑe ⁊ moribus memoratorũ fuiſſe carpo
cratẽ quẽdã ſuperſtitionis alterius q̃
gnoſtici appellant vocabulo ab ſcientia
cõficto autorem q̃ ſane ꝑſtigia ſimonis
magi non vt ille clã.ſed publice ac palã
tradebat:⁊ velut pro ſummis atqȝ opti
mis ſtudijs laudẽ cõfeſſam ac publicam
de nefarijs artib⁹ a deceptis auditori=
bus req̃rebat ⁊ magicas tenebras ei luce
publica perorabat.De amatorijs dũta
xat ſõnijſqȝ immiſſis a demonijs perhae=
dris alijſqȝ ſimilibus fraudibus.deqȝ his
cõſequẽter doceri oportere oẽm hoiem
decernebat q̃ ad ꝑfectionẽ ſui miſterij vł
potius ſceleris cuperet peruenire:aſſe=
rens nõ aliter vnũquẽqȝ effugere poſſe
mundi hui⁹ principes vel declinare niſi
per huiuſcemodi facinora ſua cuiqȝ ne=
faria debita ſoluerentur.

B ¶ His igitur ille totius boni emu=
lus vtẽs ſue malignitatis miniſtris tam
eos q̃ poſt fidẽ ab his decipiebantur rapie
bat ad tenebras ſempiternas qȝ alios q̃
necdũ crediderant.tãqȝ hec eſſet noſtre
religionis infamia)ſummouebat a fide:
dũ ob execrabilẽ horũ hoim vitã ipſam
xpianorũ profeſſionẽ audiẽs quiſqȝ vita
ret.Nec aliunde tunc ſuſpitio de nobis
tanqȝ de vere impijs et inceſtis fuerat
exorta qua aſſereret illicitis plebẽ nr̃aȝ
ſtupris ⁊ ꝓmiſcue habitis in matribus
ac ſororibus pollui atqȝ execrãdis infan=
ticidijs dapibus funeſtari:ſed nõ in lon
gũ durauit infamia vbi ſeipſa cepit ve=
ritas aperire.Quinimo ⁊ clari⁹ ac ſplẽ
didius illuſceſſente vita noſtrorũ extin=
guebatur continuo ſuperſtitioſi caligo
figmenti.Et ſingulis quibuſqȝ ſectis q̃
aduerſum veritatẽ exorte fuerãt euane
ſcentibus vel in multifidas ac multifor=
mes ſpecies diffluentib⁹ ꝓficiebat et ex=
tollebatur indies ſolus vere et catholice
eccleſie ſplendor nulla tẽporum varieta
te fucatus.q: caſtimonia ſui ac puritate
⁊ diuine conuerſationis gloria ꝑ omne
genus hominũ ſapientia:doctrina:fide:
⁊ actibus refulgebat.Et cũ ipſo confe=
ſtim tꝑe quo ceperat opprobrij huius
flãma reſtincta eſt.Permãſit aũt apud
ſingulorũ mentes veritas que ſuis ſem
ꝑ viribus nitens cõuincit ⁊ arguit falſi=
tatẽ nec paſſa eſt adulterino maledicto
rũ fuco eccleſie caſtitatẽ pudicitiãqȝ la
cerari.Intantũ vt ex illo ad noſtra vſqȝ
tꝑa:nullus tam ſeue mentis extiterit q̃
honeſtatem ⁊ caſtimoniã plebis noſtre
ore ſacrilego cõcinnatis macularet op=
probrijs.Sed ad romanos ⁊ ad grecos
ad ſchytas ⁊ barbaros ⁊ ad ipſas pene
in vltimis orbis partibus recõditas na
tiones intm̃ ſuauis odor de eccleſie ge=
ſtis ⁊ diuinum quidã reſpirãs ſancte cõ
uerſationis aura peruenit intm̃ ad au
res oim ac mentes felix xpianorum fa=
ma peruecta eſt:vt omne hoim gen⁹ le=
gibus ⁊ ſupſtitionib⁹ patrijs derelictis
ad fidẽ ſe conuertere xpi.Omniſqȝ bar=
baries genuina feritate depoſita ad ieſũ
xp̃m concurreret:⁊ diſceret ab eo q: mi=
tis eſt ⁊ humilis corde.

C ¶ Extiterunt preterea ꝑ diuinam
gratiã viri ea tempeſtate eruditiſſimi q̃
ꝓbabiliter ⁊ ſufficiẽter obſcena heretico
rum cõmenta conuincerent ⁊ quid vera
fides in eccleſia catholica caſtitatis ha=
beret oſtenderent.In quib⁹ egeſippus
celeberrimus habebatur:q̃ integerrimam
traditionẽ apoſtolice predicationis ſim
plici ſermone conſcriptam in quinqȝ li=
bris memorie tradidit.Ubi et de ſuis
ipſe temporibus aliquanta commemo=
rat et de quibuſdã qui ſimulachra colla
uerãt talia quedã ſcribit.Quibus indt.
templa imo potius ſepulchra fecerunt
ſicut etiã nunc videmus.Ex quibus eſt

vnus antinous ſeruus adriani ceſaris
cui agones annui celebrantur qui anti
noij appellantur noſtris adhuc tempo=
ribus inſtituti. Nam ⁊ ciuitatem condi
dit eius nomini antinoorum. ⁊ tēplū ei et
ſacerdotes inſtituit ac ꝓphetas. Sed et
iuſtinus fideliſſimus noſtre philoſophie
ſectator ⁊ in grecorum diſciplinis erudi
tiſſim⁹ ſcribēs ad antoninū Apologeti=
cum pro noſtra religione librū hoꝝ me=
minit ita dicēs. Non mihi videt̄ abſur=
dum meminiſſe in his etiaꝫ de antinoo.
qđ nuper geſtū eſt: quē oēs timore prin=
cipis quaſi deum colere ceperunt. Cum
bene nouerint quis qualiſue pauloante
fuerit ⁊ vnde duxerit genus. Idē quoqꝫ
ipſe etiā iudaici belli qđ tunc gerebatur
memoriam faciēs: talia quedam refert.
Etenim in hoc qđ nunc geritur iudaico
bello barchochabas pꝛiceps iudaice fa
ctionis chꝛiſtianos ſolos niſi negarent
chꝛiſtum tanqꝫ blaſphemos ad ſuppli=
ciaꝫ rapi iubebat. In quibus libꝛis etiā
de conuerſione ſua quam habuit a gen=
tili philoſophia ad vere religionis fidē:
ꝙ non abſqꝫ ꝓbabili ratione ⁊ examina
to iudicio ad hec cōuerſus fit hoc modo
ſcribit. Naꝫ ⁊ ego ipſe (inquit) ſectis pla
tonicis inſtitutus: audiēs infamari chꝛi
ſtianos: ⁊ videns eos impauidos ad ſu=
ſcipiendam mortem: atqꝫ omne ſuppli=
cium tolerandum conſiderabam ꝙ im=
poſſibile eſſet malitia eos et in libidine
conuerſari. Quis enim aliquando volu=
ptuoſus ⁊ luxurijs deditus. ⁊ qui huma
nis carnibus veſci delicias putat: mor=
tem libēter amplectitur qua ſcilicet ipſa
confeſtim careat pro qua infamari ma=
luit voluptate. Quinimo viuere perpe=
tuo ſi liceret ⁊ lateret iudicia: in hoc ma
gis operam daret: nedum ſemetipſum
ſtatute ac profeſſe morti ſtuderet offer=
re. Sed et idem ipſe vir ſcribit Adria=
num pꝛincipem: ſuſceptis a ſerenio gra=
tiano clariſſimo viro preſide literis in
quibus de chꝛiſtianis percontabatur
reſcripſiſſe: ꝙ non eſſet iuſtum chꝛiſtia=
nos nullius criminis reos abſqꝫ iudicio
legibuſqꝫ puniri. Simul et exemplum
epiſtole ipſius ſubijcit continentis hunc
modum.

¶ Capitulū. viij. de Epiſtola Adria
ni que perſecutionem in noſtros pa=
rumper repreſſit.

Exemplum epi
ſtole imperatoris Adriani
ad minutium fundaniū pro=
cōſulem Aſie accepit literas
ad me ſcriptas a deceſſore tuo Serenio
gratiano clariſſimo viro: et non placet
mihi relationem ſilentio preterire ne in=
noxij perturbentur et calumniatoribus
latrocinandi: tribuatur occaſio. Itaqꝫ
ſi euidenter prouinciales huic petitioni
ſue adeſſe valent aduerſum xp̄ianos vt
pro tribunali eos in aliquo arguāt hoc
his exequi non prohibeo. Precibus au=
tem in hoc ſolis et acclamationibus vti
eis non permitto. Etenim multo equius
eſt ſi quis volet accuſare: te cognoſcere
de obiectis. Si quis igitur accuſat ⁊ ꝓ=
bat aduerſum leges quicqꝫ ageret me=
moratos homines pro merito peccatoꝝ
etiā ſupplicia ſtatues. Illud me hercle
magnopere curabis vt ſi quis calūnie grā:
quēqꝫ horum poſtulauerit reū in hūc ꝓ
ſui nequitia ſupplicijs ſeuioꝛib⁹ vindices.

¶ Capitulum nonum de ſucceſſione
quorundam epiſcoporum Rome et
Alexandrie.

Verū adrianus
poſt hec viceſimo pꝛimo an=
no ſui pꝛīcipatus diem obijt.
Et antoninus cognomento
pius romanum ſuſcepit imperium. Hu=
ius pꝛimo anno Teleſephor⁹ annis vn=
decim ſacerdotio in vrbe roma amnini
ſtrato vita deceſſit: ⁊ higinus epiſcopa=
tus ſortem romane ſuſcepit eccleſie. Ve
runtamen hyreneus refert Teleſpho=
rum martyrio vitam finiſſe: ſimul indi=
cans Higini epiſcopi tempoꝛibus: Valē
tinum autorem valentiniane hereſis ex
titiſſe: ⁊ cerdonem quendā erroris illius
pꝛincipem: quem poſtea Martion ſecu=
tus eſt. eoſqꝫ vno tempore rome: ſed et di
uerſis imperantibus aſſeruiſſe. Scribi=
tur autem ita.

¶ Capitulum decimum. de quibuſdam
pſeudo apoſtolis.

NAm valētinus
venit romā ſub higino. In=
ualuit autem tēpib⁹ Pij ⁊ ad
anicetū vſqꝫ durauit. Cerdo
vero: qui ante marcionē fuit: ⁊ ipſe ſub
higino: qui erat ī vrbe roma ab apoſtolo
nonus epiſcopus venit. Qui tamen ali=
quando quidem quaſi penitens ⁊ erro=
rem cōfitens excuſabat: aliquando rur=
ſum occulte: interdum etiam publice im=
pietatem docebat. In quo cōuictus: a ce
tu fraternitatis arcet. Hec aūt, dixit Hy=
reneus ī tertio aduerſus hereſes libro.
In primo autem libro nihilomin⁹ de cer
done hec dixit. Cerdo vero a ſectatorib⁹
Simonis impietatis ſue occaſiōib⁹ ſum=
ptis romā venit ſub higino: ibiqꝫ docuit
ꝗ is quis a lege et ꝓphetis predicatus
eſt deus, non eſſet ipſe pater domini no=
ſtri Jeſu chriſti. Quia ille quidē notus
eſſet: hic autem ignotus eſt. Et ille iu=
ſtus: hic autem bonus. Cui ſuccedens
marcion ponticus abſqꝫ reuerentia vl=
la blaſphemans: auxit doctoris inſaniē
idem quoqꝫ: ipſe Hyreneus immenſum
profundum Ualentini erroris de mate=
ria et ceteris validiſſime coarguit. Et
ſerpētis in modum cecis ſemetipſum la=
tebris obtegentem in lucem protrahit
ac denudat. His adiungit et de marco
quodam quem dicit magis artibus im=
butum apprime enituiſſe. De cuius pro=
phanis ſuperſtitionibus ⁊ archanis nō
tam ſacris ꝙ̄ ſacrilegis et myſticis my=
ſterijs ita ſcribit. Et eīn quidem eorum
thalamum conſtruunt ⁊ nefarium quod
dam initiandi celebrant genus tanꝙ̄ ſe
cretis quibuſdam carminib⁹ ac verbis:
non tam ſacris quam execrabilibus eū
qui introducitur cōſecrantes. Spiritua
les nuptias aiunt eſſe que faciūt: inſtar
videlicet ſupernarum coniugationum.
Adducētes vero eos ad aliquam aquā
et baptizantes. hec ſuper eos proferunt
verba. In nomine aiunt ignoti patris
omnium: et in veritate omnium matre:
et in eo qui deſcendit in ieſum. Alij vero
hebraica nomina ad pauorem audien=
tium ſuper eos quos initiāt terribiliter
obloquuntur. Hec de ſectatoribus Mar
ci Hyreneus ſcribit.
B ¶ Quarto autem epiſcopatus ſui
anno cum deceſſiſſet higinus romane ec
cleſie ſacerdotium Pius ſuſcepit. Apud
alexandriam vero Marcus: tertiodeci=
mo anno epiſcopatus ſui eumenide de=
functo. Qui Marcus cum decem annis
ſacerdotiū miniſtraſſet. Celadioni poſt
obitum ſuum eccleſie gubernacula dere
liquit. Pius vero in vrbe roma quinde=
cim annis in ſacerdotio expletis Anice=
to poſt ſe tradidit ſedem. Cuius tempori
bus egeſippus refert ſemetipſum romā
veniſſe ⁊ permanſiſſe inibi: vſqꝫ ad eleu=
therij qui poſt Anicetū ſubrogatus eſt
epiſcopatum. Quibus temporib⁹ ſimul
florebat Juſtinus in habitu philoſophi.
diuinum predicans verbum: et fidei no=
ſtre rationē tam ſcriptis voluminibus
ꝙ̄ viue vocis aſſertione defendens. Qui
et aduerſum martionem ſcribens com=
memorat de eo ꝙ adhuc ſupereſſe eo tē=
pore quo ſcribebat. Deniqꝫ ita ait. Mar=
cion vero quidam ponticus qui hodieqꝫ
ſupereſt: docet homines alium credere
eſſe deum: maiorem conditore deo. Hec
ille hominibus ingerens: et demonibus
adiutoribus vtens: multis blaſphemare
perſuaſit: vt negarent creatorem omniū
deum ipſum eſſe patrem chriſti: ſed aliū
quendam qui quaſi maior hoc eſſet ⁊ ta=
men omnes ſectatores ei⁹ chriſtiani ap=
pellantur. Ita nimirum ſicut omnes cō=
muni vocabulo cū diuerſe ſint ſecte phi=
loſophi nuncupantur. Sed ⁊ poſt pauca
nihilominus dicit. Eſt autē ⁊ nobis liber
aduerſus omnes hereſes compoſitus:
quem ſi vultis decurrere dabimus.

¶ Cap. xj. de Juſtini defenſione.

HIc autem ipſe
iuſtinus ſcribit etiam cō=
tra paganos volumē inſi
gne. Sed et alios libros
pro noſtra religione: in
quibus ad Antonium principem qui co
gnominatus eſt Pius: ſermonem dirigit
ſcribens et ad ſenatum. In vrbe etenim
roma maxime cōſiſtebat. Deniqꝫ in vnō
ex his libris: etiā de ſemetipſo volēs quis
vel vnde eſſet oſtēdere hoc modo ſcribit

Imperatori elio adriano Antonio pio Ceſari auguſto ⁊ veriſſimo philoſopho: et lucio philoſophi ceſaris proprio filio ac pii adoptiuo amatori ſapientie ⁊ ſacro ſenatui atq₃ omni populo romano ꝓ viris ex omni genere hominum congregatis: ⁊ iniuſto alio laborantibus ac nō digna patiētibus. Iuſtinus priſci filius bacchiadis ex vrbe neapoli paleſtine: vnus pro omnibus deſero poſtulatum. Sed ⁊ interpellatus idem imperator in aſia ab iis qui vario iniuriarum genere affligebātur: tale reſcriptū ad vniuerſos Aſie populos promulgauit.

Cap. xii. epiſtola ceſaris Antonini ad aſiaros ꝓ defenſione noſtrorū.

IMperator Ceſar marcus aurelius antoninus auguſtus armenicus: pōtifex maximus tribunitie poteſtatis quindecies: conſul tertio vniuerſis ſimul plebibus aſie ſalutem. Ego quidem non ambigo etiam ipſis diis cure eſſe ne quis noxius lateat. Multo enī magis ipſis conuenit punire eos qui ſibi immolare nolunt q̄₃ vobis. Sed vos confirmatis eorum quos perſequimini ſententiam quam de vobis habent dicētes vos impios et ſine deo eſſe. Unde et optabilius habent: ⁊ animam ponere ꝓ deo ſuo: ⁊ mortem libenter amplecti: q̄₃ vobis talibus acquieſcere ⁊ in veſtre religionis iura concedere. De motib⁹ autē terre q̄ vel facti ſunt: vel etiam nunc fiunt abſurdus non erit merorem veſtrū iuſta commotione ſolari. Quoniam quidem comperi ꝙ in huiuſcemodi rebus ad illorum inuidiam communes caſus transfertis: in quo illi quidem maiorē fiduciam accipiunt apud deum. Uos autem in omni tempore quo de talib⁹ ignoratis, ceteros quidem deos negligitis. Cultum vero immortalis dei: quem chriſtiani colunt expellitis et deturbatis: vſq₃ ad mortem cultores illius obſeruātie perſequentes. Super quibus plurimi ex ꝓuinciis iudices: etiam venerabili patri noſtro ſcripſerant. Quibus reſcriptū eſt ab eo: vt nihil omnino moleſtie huiuſcemodi hominibus generarent niſi forte argueren̄t aliquid aduerſum romani regni ſtatutum moliri. Sed ⁊ mihi ipſi de his quāplurimi retulerunt. Quib⁹ ergo paternam ſecutus ſententiam pari moderatione reſcripſit: ꝙ ſi quis ꝑſiſtet: huiuſcemodi hominibus abſq₃ vllo crimine mouere negotia: ille quidem qui delat⁹ ꝓ hoc noīe fuerit abſoluatur etiā ſi ꝓbatur id eſſe quod ei obiicitur xp̄ianus is autem qui crimen obtendit: reus pene ipſius quam obiecit exiſtat. Propoſita epheſi publice in conuentu Aſie.

Capitulū. xiii. de policarpo apoſtolorum diſcipulo.

HEc ita geſta eſſe teſtantur etiā Melito ep̄s eccl̄ie Sardenſis in eo libro quē ad imperatorē A Uerū ꝓ fide nr̄a ac religione cōſcripſit. Qua tēpeſtate etiā Aniceto romane eccleſie ꝑſidente: Policarpū romā veniſſe atq₃ habuiſſe ſermonē cum ipſo Aniceto de paſche die: Hyreneus refert. Sz ⁊ alia quedā de eodē Policarpo ſcribit. q̄ mihi dignū videt̄ corpori huic nr̄e narrationis inſerere. Tertio igit̄ libro aduerſus hereſes: hec deo commemorat Hyrene⁹. Policap⁹ inquit qui non ſolū ab apoſtolis erudit⁹ eſt neq₃ ſolū cōuerſatus eſt cū iis q̄ dn̄m viderāt ſz ab ipſis ordinatus eſt. Smyrneoꝝ eccl̄ie ep̄s. Quē nos quoq₃ in prīa etate noſtra vidimus. Diu etenī permanſit in vita et longeua etate perdurans: nobilis viuendo ſed ⁊ moriēdo nobilior extitit quippe qui vitā martyrio terminauit. Docebat autem ſemꝑ ea q̄ ab ap̄lis ipſe didicerat ⁊ eccleſie hec tradebat q̄ ſola vera ducēda ſunt. Quorum teſtes ſunt omnes eccleſie que in Aſia conſtitute ſunt ⁊ ii per tempus etiam nunc in Policarpi ſucceſſione perdurant. Multo autem verior ⁊ fidedignior: hic autem eccleſie eſt et veritatis teſtis: q̄₃ valētin⁹ ⁊ Martiō et ceteri ꝑuerſe mētis hoīes. Qui etiā ſub Aniceto romā perrexit: ⁊ multos ex ſupradictis hereticis ad eccleſiam dei cōuertit. Hanc ſolā ꝑdicās tenēdā eſſe veritatem quā ipſe ſciret ſe ab apoſtolis ſuſcepiſſe quā ⁊ tradebat eccl̄ie. Et ſunt adhuc et

nunc qui audierunt ab ipſo: quod Joannes apoſtolꝰ diſcipulus dñi apud Epheſum cum balneas lauandi gr̃a fuiſſet ingreſſus: ⁊ vidiſſet ibi Cherinthũ exiluiſſet cõtinuo ⁊ diſceſſiſſet non lotus dicẽs. Fugiamus hinc ne ⁊ balnee ipſe corruãt in quibus cherinthꝰ lauat veritatis inimicus. Idem etiã policarpus Martioni aliqñ cũ occurriſſet dicẽti ſibi agnoſce nos Reſpondit. Agnoſco primogenitũ Sathane. Tanta tunc apoſtoli atqꝫ eorum diſcipuli in religione cautela vtebantur vt ne verbi quidem communionem cum aliqui eorum qui a veritate deuiauerãt habere paterentur. Sicut ⁊ paulus dicit Hereticum hominem poſt vnam ⁊ alteram correptionem deuita: ſciens quia peruerſus eſt huiuſcemodi ⁊ peccat: cũ ſit a ſemetipſo damnatus. Extat et epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta perualida. Ex qua formam fide eius ac predicationis: ſi quis forte ſalutis ſue ſollicitudinem gerit capere poteſt. Hactenus Hyreneus. Polycarpus vero in ipſa epiſtola quã ad Philippẽſes ſcripſerat vtit̃ teſtimonijs de p̃ma petri ep̃la.

B ¶ Sed enim Antonino qui prius cognominatus eſt viceſimo ⁊ ſecũdo anno principatus exacto: Marcus Aurelius Verus: Et Antoninus filius eius: cum lucio fratre ſuccedunt. Quo in tempore Polycarpus maximis perſecutionibus Aſiam quatientibus: vitam martyrio finiuit. De quo plane neceſſarium duximus memorie tradere maxime cum ſcripta extet epiſtola: ex perſona eccleſie Smyrneorum ad Ponti eccleſias data: que de martyrijs eiꝰ beato fine deſignat. Cuius exemplum infraſcriptum eſt. Eccleſia dei que eſt apud Smyrnam eccleſie dei conſtitute apud Philemelium: et omnibus qui vbiqꝫ ſunt ſanctis eccleſijs catholicis: miſericordia et pax et charitas dei patris ⁊ domini noſtri ieſu chriſti multiplicetur. Scripſimus vobis fratres de martyribus: ⁊ de beato Polycarpo: qui velut ſignaculo quodam martyrij ſui finem perſecutioni poſuit ⁊ paulo poſt deſcribentes etiam ceterorum martyrum agones talia quedam ſcribunt: deterrere etenim volentes inſpectantem populum: nunc flagris vſqꝫ ad interiora viſcerum martyres laniabant: ita vt abdita corporis et que natura in archanis locauerat nudarẽtur. Nunc autem marinas cocleas que conchilia vocant: et acuta queqꝫ fragmenta in dorſum ſupinatis martyribus ſubſternebant. In quibus omne tormenti genus et pene ſpeciem conſumentes ad vltimũ deuorandos eos beſtijs exponebant. Sed in his precipue deſignatur vir fortiſſimus effloruiſſe. Germanicus nomine qui per gratiam diuinam ⁊ meritum virtutis: metum corpore fragilitatis excluſit. Volente namqꝫ pro conſule perſuaſionibus aggredi virum ⁊ obijcere ei prime etatis florem debere cum ſuimetipſius miſerationem capere. Ille nihil moratus ſponte dicit preparatã ſibi beſtiam prouocaſſe veluti tardentes increpans penas. Et inique huius vite vltro velocem expetiſſe diſceſſum. Verum cum ex huius tam inſigni morte: ſtuporem cepiſſet aſtantis populi multitudo: et totius chriſtianorum gentis mirari virtutem de contenenda morte cepiſſent: conclamant omnes. Tolle impios. Policarpus requiratur. Sed cum ex acclamatione grauis perturbatio fieret. Cherinthum quendam natione frigem: nuper de ſuis regionibus aduentantem: accidit primo quidem beſtias ceteraqꝫ tormenta ſponte laſcecere: dehinc fractis animis cedere ad vltimum etiam ſalutem ſegnitia perdere. Que res cum ad martyrium procatia potius: ⁊ temeritate quam deuotione proſiluiſſe declarat. Ipſe namqꝫ ſe iudici ingeſſerat victus. Itaqꝫ exemplum euidens omnibus dedit cautius in rebus talibus et circunſpectius agendum: quia non temeritas: ſed fides: et modeſtia coronatur.

¶ Capitulum decimumquartum agones beati Polycarpi ſtrenuaqꝫ paſſio eius. A

Sed de his quidem talia geſta ſunt. Inſignis autẽ vir Polycarpus primo quidem cum audiret vulgus

In ſe acclamationibus excitatum: in nul
lo penitus motus eſt: ſed manſit impaui
dus Tranquillus namq; erat moribus
⁊ ſerenus aſpectu. Qui cum in eadem
ciuitate velut interritus permaneret:
acquieſcens tamē deprecantibus ſe fa-
miliaribus ſuis: ad agrum quendam ci-
uitati proximū ſeceſſit: atq; ibi cum pau-
cis die noctuq; nihil aliud ꝙ in orationi
bus permanet: ꝓ pace eccleſiarum que
vbiq; ſunt ſupplicans deo: quod ei face-
re in omni vita ſua moris perpetui fuit.
Sed is in oratione poſitus: ante triduū
quam comprehenderetur: viſionem vi-
det per noctem ceruical capitis ſui flam
mis eſſe conſumptum. Cūq; euigilaſſet
poſt viſum interpretatus eſt aſtantibus
ſomniū ſuum. Dixit pro certo ſe ob xp̄m
per ignem vite exitum ſortiturū. Immi-
nente igitur queſtione: rurſus fratrum
caritate cōpulſus: commigrauit ad aliū
locum. Quo non multo poſt inquiſitores
eius ingreſſi: correptis duobus pueris: ⁊
altero ex his verberato: per inditium eius
ad policarpum perueniunt cum iam de-
clinaret dies. Et ingreſſi: ipſum quidem
offendunt in ſuperioribus quieſcentem.
Unde cum poſſet facilis ei tranſitus eſſe
ad alteram domum noluit dicens. Volū-
tas domini fiat. Quinimmo et cum com-
periſſet adeſſe comprehenſores ſuos; in
occurſum eis progreſſus: leto admo-
dum vultu ac placido compellare viros
cepit cum ingenti oris gratia: ita vt illi
mirarentur et ſtuperent: quid tantum
ſtudij fuerit: vt vir illius grauitatis ⁊ ho
neſtatis in tam longeua etate: ⁊ tanta vi
te autoritate poſitus perquiri: ⁊ com-
prehendi ſit iuſſus. Sed ille nihil mora-
tus: continuo apponi menſam hoſtibus
quaſi hoſpitibus iubet atq; epulas lar-
gius miniſtrari: vnius hore ab eis ſpa-
tio orationis grā impetrato orabat igi-
tur tanta dei gratia repletus: vt ammi-
rarentur omnes qui aderant: et ipſi qui
ad comprehendendum venerant penite
rent: quod tam honeſtum virum ac deo
dignum: et ipſa etate venerabilem: rape
re iuberētur ad penam. Et poſt aliquā-
ta eadem ſcriptura verbis ipſis talia cō
iungit ex ordine.

B ¶ Poſtea vero quā finiuit orationē
memoriam faciens omnium quoſcunq;
noſſe potuit maiorum minorumq;: nobi-
lium ⁊ ignobilium: ⁊ totius catholice ec-
cleſie que per orbem terre eſt. Inſtante
iam hora progreditur: et aſino ſedens
ad ciuitatem ducebatur cum eſſet dies
magni ſabbati: pergenti occurrit ei pre-
fectus pacis. Herodes nomine et pater
eius Nicetas. Qui leuantes eum ſecum
in vehiculum perſuadere ſedulo cona-
bantur dicentes. Quid enim mali eſt di-
cere deum ceſarem: et immolare: et de ce
tero viuere ſecurum. Hec ille primo ta-
citus audiuit: ſed vbi perſiſtebant: ait
ad eos. Quid multis opus eſt. Factu-
rus non ſum quod dicitis. At illi poſtea
quam nihil ſe profeciſſe ſenſerunt indi-
gnatione commoti: cum contumelia eum
vehiculo deturbant: ita vt pedem lede-
ret preceps actus. Sed quaſi nihil paſ-
ſus fuiſſet iniurie tota alacritate contē-
ptus pergebat ad ſtadium quo duci fue
rat imperatus. Cum vero tumultus in-
gens in ſtadio ex ingreſſu eius fuiſſet ex-
ortus: vox e celo delapſa eſt. Fortis eſto
polycarpe ⁊ viriliter age. Sed autorem
quidem vocis videre potuit nemo audi
tus tamen ad plurimos venit. Interea
animatur ad furorem tumultus populi
videntes: quia Polycarpus introduci-
tur. Cumq; eminus a proconſule interro
garetur ſi ipſe eſſet polycarpus: ſe eſſe cō
fitetur. Ergo inquit habeto etatis tue
reuerentiam: et parce vltime ſenectuti
tue. Iura fortunam ceſaris: gerens de
prioribus penitudinem et conclama etiā
tu tolle ſacrilegos. Tum polycarpus tor
uo vultu ad populum qui in ſtadio reſi-
debat aſpiciens eleuata ad celum dexte-
ra cum gemitu proclamauit et dixit. Tol
le ſacrilegos. Sed inſiſtente proconſule
et dicente iura fortunam ceſaris: ⁊ dic in
chriſtum conuitia: et dimitto te. Polycar
pus ad hoc. Octoginta inquit et ſex an-
nis ſeruio ei et nihil me leſit vnq̄ quomo
do poſſum maledicere: et blaſphemare
regem meum qui ſalutem mihi dedit.
Cūq; rurſus vehemētius vrgeret vt for
tunā ceſaris iuraret: ſi hanc inqt iactan
tiā queris, vt ego fortunā Ceſaris iurē: ⁊

qui ſim ignorare te ſimulas omni libertate audi a me qua xp̄ianus ſum. Si vero etiam rationem vis chriſtiane religionis accipere ſtatue diem ⁊ audi. Proconſul dixit. Suadē hoc populo. Polycarpus ait. Tibi quidem reſpondi. Docemur enim principibus et poteſtatibus his que a deo ſunt honorem deferre: eum ſcilicet qui religioni non ſit contrarius. Populo autem furenti ſatiſfacere non eſt meum. Proconſul dixit. Beſtias habeo paratas quibus ſubijcieris: niſi cito penitueris. At ille reſpondit. Adhibeantur. Nobis enim immobilis ſtat ſententia: nec poſſumus de bono ad malum per penitudinem commutari. Melius autem erat ſi hi mutarentur ad bona qui perſeuerant in malis. Tu procōſul inquit. Igni te faciam conſumi ſi tibi beſtie contemnende videntur: nec propoſiti recipis penitudinem. At ille. Ignem minaris inquit hunc qui ad momētum incenditur: ⁊ paulo poſt extinguitur: qꝛ ignoras futuri iudicij ignem eternū qui ad perpetuas penas preparatus eſt impiorū. Sed qd moraris. Adhibere vtrū voles. Hec et multa alia his ſimilia dicens. Polycarpus confidentia ſimul et letitia replebatur: ita vt alacritatē vultus eius reſponſionūqꝫ conſtantiā. Proconſul maximo ſtupore miraretur. Miſſo igitur curione ad populum iubet voce maxima proteſtari. Polycarpum tertio confeſſum chriſtianū ſe eſſe. Quo audito vniuerſa multitudo tam gentilium quam iudeorum. Smyrnenſium ciuitatis cum ingenti furore acclamabant. Hic eſt totius aſie doctor et pater xp̄ianorum noſtrorum autem ſubuerſor deorum. Ipſe eſt qui multos docet ne immolent ne ve adorent deos. Et poſt hec verba acclamabant philippo muneratio: vt leonem polycarpo dimitteret. Qui reſpondit nō ſibi licere: quia iam editionis ſue munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamarunt vt polycarpus viuus arderet. Oportebat enim viſionem eius quā de ardente ceruicali vidit impleri. Que cum dicto citius gererentur ipſis populis ligna vel de balneis vel de publicis quibuſqꝫ locis ⁊ ſarmenta congregantibus precipue iudeis ardentius in hoc ex more ſeruantibus cum omni velocitate extructus eſt rogus. Tum depoſitis ſenior indumentis ac zona reſoluta calciamenta quoqꝫ pedibus tentabat educere que nunquam niſi a religioſis quibuſqꝫ fide ⁊ deuotiōe ſemetipſos inuicē preuenientibus reſolui cōſueuerat. Ita namqꝫ in omni etiam reliqua vita ſua venerabiliter ab omnibus colebatur. Ut ergo expedita ſunt que ad ignem pertinebant cum eum vellent rogo impoſitum etiam clauis affigere ait. Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre ſupplicium: dabit vt ⁊ ſine clauorum affixione flammas immobiliter perferam. Tum illi omiſſis clauis vinculis vſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergum manibus reiectis velut electus aries et ex magno grege aſſumptus acceptabile holocauſtum omnipotenti: oblatus eſt deo has preces etiam in ipſa paſſione profundens.

⁋Capitulū. xv. de oratione Polycarpi cum igni adureretur ⁊ de quibuſdam alijs martyribus.

DEus dilecti et benedicti filij tui ieſu xp̄i pater per quem tui agnitionem ſuſcepimus.

A ⁋Deus angelorum et virtutum et vniuerſe creature ac totiꝰ iuſtorum gn̄is qui hoīes corā te viuūt. Bn̄dico te qui me in hanc diem perducere dignatꝰ es: vt particeps exiſterem martyrum et calicis chriſti tui in reſurrectionem vite eterne anime ac ſpiritus mei per incorruptionem ſpiritus ſancti in quibꝰ ſuſcipiar in conſpectu tuo hodie tanqꝫ ſacrificium pingue et acceptabile ſicut preparaſti: et preſignaſti ita ⁊ feciſti. Uerus es tu et ſine mendacio deus. Propterea et in omnibus laudo te: ⁊ benedico te: et glorifico te: per eternum deum ⁊ pontificem ieſum chriſtum dilectum filium tuū per quem ⁊ cum quo tibi in ſpiritu ſancto gloria eſt nunc ⁊ in infinita ſecula. Et cum amē inſonuiſſet ořone cōpleta ſubijciunt ignem homines igni eterni ignari: cūqꝫ flamma ingens reluxiſſet: vidimus miracula omnes nos quibus ea deus videre

conceſſit. Ex quib⁹ ⁊ quamplurimi a domino ad hoc reſeruati ſunt: vt annunciarent ceteris q̄ viderunt. Flamma etenim in modū camere curuata ſpecie quaſi vel nauis vēto ſinuati ſupra corpus martyris ſtetit. Q̄d corpus in medio poſitum non erat: vt caro ardēs: ſed tanq̄ ſi aurum aut argētum in fornace cādeſceret. Tunc preterea odorem naribus hauſimus tanquam turis incenſi vel p̄tioſiſſimi fragrantis vnguenti. Ac vltimum videntes ſcelerum miniſtri igni corp⁹ non poſſe conſumi: iuſſere propius accedere confectorem et corpus cui ignis ceſſerat mucrone trāſfodere. Quo facto tam largus pfuſus eſt ſanguis vt reſtingueret rogum. Populus aūt miraculi ſtupore diſceſſit attonitus erga electos dei tā inſigni eius fauore perſpecto.

B ¶ Hic eſt ergo ammirabilis ⁊ elect⁹ tēpibus nr̄is magiſter aplicus et pphetic⁹ Smyrneorum eccleſie ſacerdos. Qui omne verbū q̄d locutus eſt et impletum eſt et implebitur in futuro. Sed ille emulus totius bonitatis et aduerſarius omniū iuſtoꝝ poſtq̄ vidit: ⁊ pro martyrij gloria: ⁊ p vite egregie vtutib⁹ coronat⁹ eſt ⁊ per mortē p̄mia imortalitatis adeptus ſatis agere cepit vt reliquias eius ad ſepulturā noſtris deſiderātib⁹ nemo concederet. Inſtigabat ergo Niceta herodis pater: frater aūt Dalce adire iudicē: ⁊ petere ab eo ne humanum concederet corpus ne forte inquit relinquētes illum q̄ crucifixus eſt xp̄iani hunc colere incipiant. Iudeis maxime iſta machinātib⁹ qui et nr̄os intentis oculis obſeruabant: ne cum flammis adhuc ardentib⁹ raperent. Ignorantes miſerrimi q̄ neq̄ xp̄m aliquando poſſumus derelinquere qui mortem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit neq̄ aliū quemq̄ colere q̄ verū deum et qui ſol⁹ colendus ſit nouerimus. Martyres vero tanq̄ diſciplos domini diligam⁹ ⁊ veneremur quaſi integre fidem magiſtro ſeruantes: ⁊ domino quorum nos q̄z in fide ⁊ perſeuerantia charitatis optamus eſſe participes. Ubi autem vidit centurio tam obſtinatam iudeorum contentionem poſitum in medio ipſum corpus excuſſit: et ita nos poſtmodum ambuſta oſſa pretioſiſſimis gemmis cariora: ⁊ oī auro probabiliora per ignem facta collegimus ac ſicut conueniebat ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc preſtante domino ſolennes agimus celebreſq̄ conuentus. Maxime quidem in die paſſionis eius. Sed ⁊ cum eo eorum memorias qui prius paſſi fuerant celebramus vt ſequentium animi ad preceſſorum viam exemplis inſignibus ſuſcitentur. Hactenus de beato Polycarpo. Cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphia venientes apud Smyrnam martyrio conſummati ſunt.

C ¶ Sed in eadem epiſtola continebatur etiā de alijs quamplurimis eiuſdem temporis martyribus intexta narratio: In quibus refertur poſt Polycarpū q̄ etiam Metrodorus quidem ex martionis hereſi preſbyter igni ſit tradit⁹. Inter ceteros autem qui per idem tempus martyres extiterunt famoſiſſimus inibi refertur quidam Pionius nomine. Cuius per ſingulas interrogatiōes reſponſionum conſtantiā: et pro fide noſtra ad populum orationes quam apud iudices interritus ſemper aſtiterit docens et diſputans etiam in ipſis tribunalibus vſq̄ his qui in perſecutione titubauerant cohortationibus ſuis ad conſurgendum dexteram dederit: et in carcere poſitus qualiter ingreſſis ad ſe fratrib⁹ animos ad martyrij tolerātiam roborarit: quoue etiam ipſe pro martyrio tulerit cruciatus vſq̄ ſit clauis affixus ⁊ ardenti rogo ſuperpoſitus: ⁊ vt in his beatum vite fecerit finem. Si quis vult plenius ſcire ex illa que a nobis de antiquis martyrib⁹ ſcriptura compoſita eſt plenius diſcet. Poſt hec etiā aliorū apud pergamū Aſie vrbem martyrum geſta referunt. Carpi cuiuſdam ⁊ papirij ⁊ Agotonice optime femine aliarumq̄ multarūq̄ pro beatis confeſſionibus martyrio coronate ſunt.

¶ Capitulum .xvj. de beato iuſtino philoſopho et martyre.

Eam quibus et vir mirabilis de quo paulo ſuperius fecimus mentionem Iuſtinus cum ſecūdum

a librum pro religionis noſtre defen-
ne conſcriptum temporis illius vnli-
us obtuliſſet : enumerationem lin-
e fidelis ⁊ erudite martyrij minᵒ ac-
oit quodam philoſopho Creſcēte no-
ne cane tam profeſſione q̃ moribus
los viro inſidiaſqȝ tendente. Quoniā
udam ſepe cum eo diſputans auditio
ons medijs nō ſolum obtuerat eum
rum ⁊ vehementius veritate ſibi ſuf-
agante confuderat. Unde et victorie
e palmam martyrij percepit a dn̄o.
Hoc autem ita futurum etiam beatus
ſe verus philoſophus veritatis: in ea
efenſione quā ab eo cōſcriptam ſupe-
ximus aperte ſicut erat futurum pro-
phetica mente predixit his verbis. Nā
⁊ ego inquit ipſe ſpero me ab aliquo ho-
rū quibus pro veritate obſiſto inſidias
eſſe paſſurū ſpero baculo aut claua fe-
riendum. Certe vel accreſcente hoc non
philoſopho ſed philocompo: id eſt non
amatore ſapientie ſed amatore iactan-
tie. Neqȝ enim dignum eſt philoſophū
nominari eum qui de his que neſcit pu-
blice proteſtatur ⁊ xp̄ianos ſine deo eſſe
et impios dicit ad gratiam et libidinem
eorum quos in errore poſitos ipſe ma-
ioribus laqueis erroris inuoluit. Si em̄
ignoratur ab eo xp̄i doctrina ⁊ ea arguit
que ignorat nequiſſimus eſt. et imperi-
tis multo nequior: q2 imperiti vel idio-
te obſeruant ne diſputare audeant de
his que ignorant: ⁊ de illis teſtimonium
perhibere que neſciunt. Si vero legit q̃
apud nos ſcripta ſunt ⁊ aut non intel-
lexit eorum virtutem: aut intellexit qui-
dem ſed diſſimulat ne et ipſe ſuſpectus
habeatur talibus multo nequior ⁊ de-
teſtabilior iudicandus eſt qui imperiti
vulgi captans fauorē veritatis ac pie-
tatis qua probat hoſtis exiſtit et prodi-
tor. Nam et propoſuiſſe me ei ſcitatis q̃-
dam ex quorum reſpōſionibus nihil ſci-
re conuictus eſt. Et in tantum ſunt vera
que dico: vt putam vobis etiā queſtiōis
habite inter nos diſputationes allatas
Ex q̄bus apertiſſime dignoſcitur q̃ nr̄a
ſunt penitᵒ ignorare. Si vo necdū vene-
rūt hec ad notitiā vr̄am paratus ſum rur-
ſum vobis audientibus diſputare. Hec
ſunt beati iuſtini verba in q̄bus ſcbm ea
que predixerat per Creſcentis inſidias
martyrio conſummatus eſt. Tatianus
quoqȝ vir eruditiſſimus in prima etate
ſua cū magna ammiratione oratoriam
docēs: ex qua ⁊ nō parum glorie queſie-
rat poſtmodū ad noſtra ſtudio ſe cōuer-
tens libros etiam ipſe aduerſuȝ gentes
dignos memorie dereliquit in quibus
iuſtini meminit his verbis. Sed et am
mirabilis inquit vir iuſtinus ſatis recte
proſecutus eſt ſimiles iſtos dicens eſſe
latronibus. Et poſt aliquanta cum de
philoſophis quedam dixiſſet addit etiā
hec. Creſcens deniqȝ ille qui obſedit vr-
bem magnā in puerorū quidem ſtupris
oēs ſ̄ibant: in pecunie autē cupiditate
nullo inferior erat. Mortē vero cū cete-
ris contemnandam ſuaderet ipſe tam
peſſimam de ea opinionē gerebat: vt iu-
ſtinum tāq̄ vltimo malo traderet morti.
ꝓ eo ꝙ veritatē predicans voluptuoſos
⁊ deceptores philoſophos arguebat.

¶ Cap. xvij. pulchra hiſtoria de adulte-
ro q̄ vxorē ſuā ob pudicitiā accuſauerit.

IDeʒ quoqȝ Iuſtinus priuſq̄ pro-
priū deſudaret aliorū
qui an̄ ſe martyres ex-
titerūt deſcribēs age-
nes: in prio defenſiōis
ſue libro talia quedā refert. Mulier ait
quedā cōiuncta erat viro turpi q̄ ⁊ ipſa
prius turpiter vixerat. Hec poſtq̄ xp̄i
precepta cognouit: pudica effecta viro
quoqȝ pudicitiā pſuadebat ſuggerēs ei
ſcriptū eſſe in xp̄ianorū p̄ceptis eternas
imminere penas his q̄ pudicitiam in vi
ta ſua iuſtitiāqȝ cōtēpſerint. Sed ille in
eadē obſcenitate perſiſtens actibᵒ iam
ſuis alienā a ſe faciebat vxorē. Quippe
cū nefas eſſe mulier exiſtimaret in eius
mariti cōtubernio permanere: qui na-
ture lege contēpta nouas vias libidinis
exquirebat. Statuit igit̄ repudiare iu-
ra coniugij. Sed propinquis interue-
nientibus ⁊ de mariti emendatione pol-
licentibus cōpulſa eſt in eius rurſuȝ cō-
ſortio reſidere Uerū ille poſt hec. Alexā
driā ꝓfectᵒ. cū turpiᵒ agere atqȝ inceſſe

vite maiora nuntiaret augmēta queſiſ-
ſe mulier ne vltra in ↄiunctione ei⁹ ma-
nens particeps inceſti hoīs haberet li-
bello ei repudij dato diſcedit. Tum ille
egregius marit⁹: quē gaudere oportue-
rat ꝙ in tātū vxoris ſue caſtitatis profe-
ciſſet vt nō ſolū nihil turpe cōmittere: ſꝫ
ne mariti quidē patienter ferre turpitu
dinē poſſet, a quo emēdatione refutante
ꝓ caſtimonie amore diſceſſerit nouo cri-
minis genere ꝓ caſtitate accuſat vxorē
Chriſtiana inquit eſt. Et illa q̄dē libellū
obtulit imperatori: vt primo ꝑmitteret
ei rem familiarē ordinare rū deinde re-
ſpōderet obiectis qꝺ et indulſit. Verum
maritus cū mulierē non poſſet arguere
in tholomei cuiuſdā xꝑitū qui magiſter
mulieris in chriſtiana religione fuerat
tali arte conuerſus eſt. Amicū habebat
centurionē quēdā huic ꝑſuadet vt per-
contaretur a Tholomeo ſi xꝑian⁹ eſſet.
Hoc tantum Tholomeus tāꝗ amator
veritatis nequaꝗ gloriā ſue ꝓfeſſionis
occultās percunctāti Chriſtianū ſe eſſe
cōfeſſus eſt. Hūc ↄtinuo centurio in vin-
cula coniecit: ⁊ multo tꝑe ſqualore car-
ceris maceratū ad vltimū Urbitio iudi-
ci obtulit a quo ſimili modo hoc ſolū in-
terrogatus eſt tholomeus ſi eſſet xꝑia-
nus. Qui rurſum tanti boni ſibi cōſcius
diuinā religionē pretulit: ⁊ de xꝑi magi-
ſterio ac totius boni inſtitution: h⁹ pu-
blica cōfeſſione teſtatus eſt. Qui eīn ne-
gat qꝺ eſt ſine dubio culpabile iudicat
eſſe qꝺ negat. Continuo igit poſt cōfeſ-
ſione ab vrbitio duci iubet ad mortē. Lu-
cius aūt quidā xꝑianus vir videns tam
temere datam ſniam ait ad vrbitium.
Quid queſo cauſe eſt ꝙ neq̄ adulterū
neq̄ corruptorē aut homicidā vel latro
nem raptorēq̄ aut alteri⁹ cuiuſlibet fa-
cinoris reū. ſed tantū pro nomine xꝑiani
ꝙ hoc ſe vocabulo cōfeſſus eſt nūcupa-
ri ad mortē duci hominē precepiſti. Nō
ſunt hec digna pio imperatore nec ſa-
pietiſſimo puero filio eius neq̄ ſacro ſe
natu que agiſꝯ vrbici. At ille nihil aliud
inquirens ait ad lucium videris mihi ⁊
tu xꝑianus eſſe. Cūq̄ lucius reſpōdiſſet
hoc plane ſum etiam ipm vrbitius du-
ci pariter iuſſit ad mortē. Ille grās ago

inquit ꝙ me nequiſſimis dominis abſo-
lutū ad bonū ⁊ optimū patrem ⁊ regem
omniū deū remittis. Sed ⁊ tertius q̄d in
pari mō libertate vſus pari quoq̄ ſen-
tētia punitus eſt. Poſt hec illa iuſtinus
annexuit ex ordine quo paulo ante retu
limus. Id eſt et ego inquit ſpero me ab
aliquo horū quibus pro veritate obſtiti
inſidias eſſe paſſurum ⁊ cetera.

¶ Cap. xviij. q̄ iuſtin⁹ ſcripta dereliq̄rit

PLurima autē ſcripta nobis hic vir ſtudio-
rum monimenta dereliquit
quibus erudite eius anime
ac diuinis dedite diſciplinis indita col-
ligamus. In quibus emolumenti plu-
rimum inuenire poſſint hi qui amorem
doctrine ⁊ ſciētie gerūt. Extat igit eius
liber hic de quo ſuper memorauim⁹ ad
antoninū qui dicebat pius ⁊ filiū ei⁹ ac
ſenatū ꝓ noſtra religiōe ↄſcriptus. Sed
et ſcꝺus nihilominus defenſionē noſtre
fidei cōuenīens quē ſcribit ad ſucceſſo-
rem ſupra ſcripti principis Antoninum
verū cuius tempora nunc cepimus ex-
plicare. Sꝫ ⁊ ali⁹ liber eſt aduerſum pa-
ganos. in quo de ſingulis vel noſtris vel
grecorum philoſophis conſerēs diſpu-
tationē latiſſimā ↄſcripſit. Ibi etiam de
natura demonū diſſerit quedā: que his
inſerere longum eſt. Sed et alius liber
eſt aduerſum paganos q̄ ſupꝰſcribit cō-
futatio. Eſt alius eiuſdē de monachia:
quem non ſolū de noſtris libris ſed ⁊ de
grecorū voluminibus texuit. Eſt ⁊ alius
qui ſuperſcribit pſaltes. Et ali⁹ velut in
ſubnatatiōis modo de aīa in quo diuer
ſas q̄ſtiones inſeruit ex his q̄ apud gre-
corū philoſophos agitant. Quib⁹ cōtra
dicturū ſe repromittit ⁊ ſuā de his ſen-
tentiam in illius reſpōſionis volumine
prolaturū. Compoſuit etiā dialogū qua
ſi cum iudeis: quē apud epheſum cū tri-
phone hebreorū nobiliſſimo doctore ha-
buit. in quo exponit quomodo ipſe per
diuinā gratiā ac credulitatē vere fidei
perductus ſit. cū prius immēſum ſtudiū
erga philoſophorū geſſerint diſciplinas
perquirende veritatis amore deten-
tus. Simulq̄ refert de iudeis ꝙ aduer-
ſum eccleſiam

ſum eccleſiam xp̄i inſidijs feralibꝰ agāt
et pro his inſimulat triphonem dicens
qꝛ non ſolum non potuiſtis pro his que
a vobis male geſta ſūt. ſꝫ ⁊ viros aptos
ad hoc elegiſtis de hieroſolymis et my
ſticis per omnē terram qui circuirent
⁊ dicerēt impiā hereſim ſurrexiſſe xp̄ia=
norum ſimul ⁊ criminoſa quedam diffa
marent aduerſum nos. Quo ſcꝫ per hoc
ignorantes quiqꝫ deterriti cōſortia no=
ſtra vitarent. Jn quo non ſolum vobiſ=
ipſis: ſed ⁊ alijs opprobria figēdo cauſa
mortis extitiſtis. Scribit autem ꝙ vſqꝫ
ad ſua tempora prophetie gratia in ec=
cleſijs floruit. Sed ⁊ apocalipſim Joan=
nis apoſtoli eſſe dicit. Propheticis etiā
quibuſdā vtitur teſtimonijs ad tripho=
nem conuincēs eū de his ꝙ iudei abſci=
derint hec de ſcripturis ⁊ abſtulerint.
Sed et multa eius alia apud quam plu
rimos fratrum feruntur. Que ita pro=
babilia ac digna a veteribus iudicata
ſunt vt hyreneus ex ipſis inueniat̃ aſſu=
mere: ⁊ in quarto aduerſum hereſes li=
bro de his. hoc modo ſcribere. Et bene
inquit iuſtinus in eo volumine quē ad=
uerſum Martionē ſcribit ꝓſecutus eſt
dicēs qꝛ ipſi dn̄o nunqꝫ acquieſcerem ſi
aliū deū diceret preter omniū creatorē.
Et iterū in quinto eiuſdē operis libro
dicit. Et optime inquit iuſtinus affir=
mat: qꝛ ante aduentum dn̄i nunqꝫ au=
ſus eſt ſathanas blaphemare deū. Quip
pe q nodū cognouiſſet damnationē ſuā.
Hec aūt neceſſario nobis de opuſculis
iuſtini dicta ſint ad inquiſitionē librorū
eius ſtudioſos quoſqꝫ fideles prouo=
cantibus.

¶ Cap. xix. qui tunc rome Alexādrie et anthioche ep̄i prefuerunt.

Situr octauo anno ſupradicti ꝓn=
cipis Aniceto vndecimo an=
no epiſcopatus ſui defuncto
ſucceſſit Soter. Apud alexā=
driā vero Celadio quatuordecim annis
miniſtrato ſacerdotio Agrippinum ſuc
ceſſorem reliquit.

¶ Apud antiochiā ꝟo Theophilus per
idē tp̄s ſextus ab apoſtolis eccl'ie ponti=
ficatū tenebat. Ubi quartꝰ poſt neronē
fuerat cornelius. Poſt que quinto gra=
du heros ſucceſſerat.

¶ Cap. xx. qui tunc eccleſiaſtici ſcripto=
res enituerunt.

Tunc etiā egeſippꝰ de quo ſu
pra memorauimꝰ inſignis
habebatur ⁊ dionyſius co=
rinthiorū epiſcopus. Sed ⁊
pinitus nobiliſſimꝰ apud cretā in ep̄is
fuit philippꝰ etiā ⁊ apollinaris emelito.
Muſanuſqꝫ ⁊ modeſtus ⁊ ꝑcipuus hyre=
neus quorū oim ad nos vſqꝫ apoſtolice
fidei ⁊ ſane doctrine preclariſſima mo=
nimenta plata ſunt.

¶ Cap. xxi. de egeſippo et que ipſe com=
memorat.

Ex quibus egeſippꝰ in quin=
to cōmentariorum libro vbi
ſententiā ſue fidei pleniſſima
cū aſtructione deſignat: indi
cat hoc etiā ꝙ cū ad vrbem romam per=
geret plurimis per loca ſingula epiſco=
pis in ſermone ⁊ charitate congreſſus
omnes eiuſdē fidei predicatores docto=
reſqꝫ repererit. Simul ⁊ de epiſtola cle=
mentis ad corinthios ſcripta quedam
commemorat que etiam inſerere huic
operi noſtro neceſſariū duxi. Ait ergo.
Et permanſit inquit eccleſia corinthio=
rum in predicatione recta vſqꝫ ad pri=
mum ep̄m: quē romā nauigans vidi et
recedi cū eo apud corinthum diebꝰ mul=
tis delectatus fidei eiꝰ puritate. Cū aūt
veniſſent romā ꝑmāſi inibi donec ani=
ceto ſoter ſoteri ſucceſſit eleutherius.
Sed in omnibus iſtis ordinationibꝰ vel
in ceteris quas ꝑ reliquas vrbes vide=
ram ita omnia habebant̃ ſicut lex anti=
quitus tradidit: ⁊ ꝓphete indicarūt ⁊ do
minus ſtatuit. Jdē ipſe etiā de hereticis
q̄ ſuo tempore exorti ſunt talia quedam
cōmemorat. Et poſtea qꝫ inqt iacobus
q̄ cognominat̃ iuſtus martyr effectꝰ eſt ſi
cut dn̄s etiā ipſe reddēs teſtimoniū veri
tati electione diuina ſymeon cleophe fi=
lius epiſcopus ordinat̃: electus ab oibꝰ
ꝓ eo ꝙ eſſet ꝯſobrinꝰ dn̄i. Propterea aūt
tūc eccl'ia ꝟgo vocabat̃. qꝛ nodū fuerat
adulterini verbi ſubreptione corrupta

Heresis

¶ Sed theobutes quidē quia repulſus nō meruit epiſcopatū ipſe cepit in initio ꝑturbare oīa ⁊ corrūpere: qui erat ex ſeptē hereſib⁹ in ꝑplo cōſtitutis. Ex quib⁹ erat ⁊ ſimō a quo ſimoniani. Cleobin⁹ vnde cleobiani, ⁊ dotitheus vnde dothithani ⁊ gorgotheus vnde gorgotheni. Et maſbutheus: vnde maſbutheni. Sʒ et Menander vnde menandriani. Ab ipſis ⁊ martioniſte. Et carpogratiani ⁊ valentiani: et Baſilide et ſaturniani. Quorum vnuſquiſqʒ diuerſis corruptionibus fidei ſeorſum ſciſma componens ꝓpriam ſectam: et proprios habuit ſectatores. Ex ipſis proceſſere pſeudo xp̄i: ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ pſeudo apoſtoli qui in diuerſas partes fratrū vnitatē ſcindentes per corruptelam doctrine caſtū eccleſie cubile maculauerunt impietatē loquētes aduerſus dominū ⁊ aduerſus xp̄m eius. Sed et antiquitas iudeorum hereſes idē ipſe ſcriptor q̄ vel quāte fuerint ꝑ hec verba deſignat. Erant inquit diuerſe ſnīe in circūciſione. id eſt in filijs iſrael: que maxime aduerſabant tribui iude ex qua chriſtus eſt. Erant ergo eſeni galilei. Emero baptiſte Maſbuthei Samarite Saducei Phariſei. Sʒ ⁊ alia ꝙplurima ſcribit de quib⁹ experta iam ꝓ locorum oportunitate in ſuperioribus memorauimus. Diſſeruit autē ⁊ de euangelio ſm̄ hebreos ⁊ ſyrios. Et quedam etiam de lingua hebraica diſputauit et iudaicarum traditionū meminit per que indicat ſe ex hebreis ad fidem chriſti veniſſe. Verum ⁊ ipē ⁊ hyreneus ⁊ omnis antiquorum chorus librū aſſitulatum ſapientie ſalomonis dixerunt ſicut et prouerbia. Et cetera. De apocriphis vero cum ageret aduerſus quoſdam hereticos corrupta in his quedam ac falſata eſſe perhibuit.

Heresis inter judeos

¶ Capitulum. xxij. de dionyſio epiſcopo corinthiorum ⁊ eius ſcriptis.

SEdueniendū nobis eſt tandem ad beati dionyſij commemorationem. Corinthiorū eccleſie epiſcopi. cuius eruditione ⁊ gratia quā habebat in verbo dei fruebantur nō hi populi ſolū quos regēdos acceperat: ſed ⁊ procul poſiti. quib⁹ per epiſtolas preſentiā ſui reddebat. Extat deniqʒ eius ad lacedemonios ſcripta de catholica fide epiſtola in qua ⁊ de pace atqʒ vnanimitate florentiſſime edocet. et ad alia athenienſes in qua ad euāgeliū credulitatē inuitat: ⁊ concitat ſegniores ſimul et arguit quoſdā velut pene prolapſos a fide cū epiſcopus eoꝝ Publius fuiſſet martyrio conſummatus. Sed et quadrati qui publio martyri ſucceſſerat in ſacerdotio meminit ſimul et memorat ꝙ labore eius ⁊ induſtria reddidimus quidam in eis calor fidei reparatus ſit. Et illū in eadē deſignat epiſtola ꝙ dionyſius ariopagites qui ab apoſtolo paulo inſtructus credidit xp̄o: iuxta ea que in apoſtolorū actibus deſignantur: primus apud athenas ab eodē apoſtolo ep̄s fuerit ordinatus. Fertur et alia eius epiſtola ad nicomedienſes: in qua hereſim martionis impugnat: ⁊ eccleſiaſtice fidei regulā mirabili ratione cōſtituit. Scribit ⁊ aliam eccleſie cortinēſiū: ceteriſqʒ ſimul eccleſijs crete in qua ep̄m ipſorū Philippum velut magnis virtutibus ⁊ optimis ſtudijs preditum proteſtatur. Dicit autem ab hereticorum conuiuijs abſtinendū. Scribit et aliam eccleſie amaſtrenorum. ceteriſqʒ cum ea pōti eccleſijs in qua bachilidis ⁊ helpirti meminit tāqʒ qui eū cohortati ſint ad ſcribendū. Et multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat: ſimulqʒ ep̄i eorū mentionem facit note palmee. Sed ⁊ de nuptijs ⁊ caſtitate plurima commemorat. Et ex quocūqʒ lapſu reſurgētes ⁊ cōuertentes ſe a peccato etiā ſi ab heretica ꝑuerſitate reſiliant ſuſcipi iubet. Cōiungitur ⁊ his alia ei⁹ epiſtola ad gnoſios in qua cōmonet ⁊ deprecat ep̄m eorum Pynitum ne grauia onera diſcipulorū ceruicib⁹ ſupponat neue fratribus neceſſitatē compulſe caſtitatis indicat: in quo nōnullorū periclitetur infirmitas. Ad q̄ reſcribens pynitus dionyſio ſententiam quidē conſilij melioris amplectitur. Simulqʒ obſecrat eum poſt illa q̄ prius ſcripſerat robuſtioris iam ⁊ validioris cibi decetero ſcripta trāſmittere

q̃bus ad meliorē ꝓfectũ eccleſie ſue populus altereť: ne ſemper cibo lactis inherentes paruuloꝝ vitā in corpe iam ſeneſcente perducerent. Simul ⁊ recte fidei ſue inſignia ⁊ ſollicitudinē quaꝫ erga curam plebis expendit eruditioniſq; ac ſapientie et verbi diuini: in hac epiſtola pꝛenitus nobis velut in quodam ſpeculo viuentem ſui derelinquit imaginem. Dionyſij autem ferť ⁊ alia ad romanos data ad ep̄m ſoterem. In qua inſtituta antiquitus tradita: in eccleſia romana cuſtodiri illum libenter amplexum. His indicat vobis. A pꝛincipio namq; moris eſt inquit vobis omnes fratres varijs iuuare beneficijs multiſq; eccleſijs que ſunt per diuerſa terrarum loca cuncta q̃bus indigent deſtinare. Singuloꝛuꝫ quoq; neceſſitates in omnibus conſolari. Sꝫ et per metalla fratribus relegatis: que vſus poſcit pꝛebere. Hec ab initio romane eccleſie facere moris fuit a patribus ſibi huiuſcemodi inſtitutione dimiſſa: et ſemper integre cuſtodita. Beatus vero epiſcopus veſter ſoter non ſolum ſeruauit que patres tradiderant. ſed et auxit in melius. Qui non tantum ſanctis que vſus corpoꝛalis poſcit impartit. verum et aduenientes fratres clementis ſatis et mitiſſimo conſolatur alloquio: et tanq̃ pium ſe ac religioſum patrem ſingulis exhibet. In hac ipſa ſcriptura meminit etiā epiſtole clementis ad coꝛinthios ſcripto ſignificans veteri inſtituto et antiqua conſuetudine ſemper ipſam epiſtolam lectā eſſe in eccleſia. Deniq; ſic dicit beatā inquit duximus hodiernā dñicaꝫ diem: in qua legim⁹ ep̄ſam veſtrā quam ⁊ ſemper noſtri cōmonitionem legimus: ſicut et illaꝫ pꝛioꝛem a clemente ad nos ſcriptam. Idem adhuc ipſe de epiſtolis ſuis tanq̃ falſitatis a quibuſdaꝫ hec ſcribit. Ep̄ſas em̄ quaſdā fratribus rogantibus me ſcripſi: quas tamen apoſtoli ſathane zizanijs repleuerunt quedam auferentes: alia autem addentes quibus ve repoſitum eſt in iudicio dei. Quid autem mirum ſi dominica verba ſancte ſcripture falſare conati ſunt. que vilia hec que nos ſcripſimus coꝛruperunt. Fertur adhuc et alia pꝛeter iſtas dionyſij ad criſopophoꝛam fideliſſimā ſoꝛorē ſcripta in qua cōuenientes vel ſexui vel menſure ei⁹ rōnabiles ei diuini verbi exhibuit dapes. Sed de dionyſio ſatis ſit dictum.

¶ Capitulum. xxiij. de theophilo antiocheno epiſcopo.

THeophili vero quem anthiochie ep̄m ſupꝛa diximus feruntur tres inſtitutionum libꝛi ad autolicum ſcripti. Et alius aduerſum hereſim hermogenis in quo ⁊ teſtimonijs vtiť de reuelatione Joannis. Sed et alijs extant ei⁹ inſtructionũ variaruꝫ libꝛi. Igitur ea tempeſtate hereticis per omnem locũ zizanioꝝ modo pura verbi de ſemina maculantibus ⁊ areas apoſtolice doctrine adulterina admixtiōe ſedātib⁹ ex omni parte ſacerdotes dñi velut vigilantes agricole excutere eoꝝ ⁊ expurgare mala ſemina nitebanť ⁊ tanq̃ ſolliciti paſtores inſidiātes lupos gregib⁹ xp̄i clamoꝛibus ſimul inſectatiōibuſq; repellere cōmonēdo fratres inſtruēdo ſcribēdo etiā longe poſitis. Ipſos q̃q; interdum ſicubi coꝛā deꝓhēdiſſent quominꝰ perurgēdo ⁊ verboꝝ lucta ac diſputationũ certamine ꝓſternēdo. Alij etiā poſteris conſulētes q̄ſtiones eoꝝ ⁊ ꝑuerſas obiectiōes editis cōmētarijs ꝯfutādo. Inter q̊s ⁊ theophilus de quo nunc loquimur nō ignobili aduerſuꝫ eũ id eſt aduerſum martionē indicať ex his q̃ legimus diſputatione ꝯgreſſus. Huic igiť ſeptim⁹ ab apoſtolis in anthiochene eccleſie ſacerdotio maximus ſucceſſit. Sꝫ ⁊ philippus queꝫ coꝛtinenſis eccleſie ep̄m ſupꝛa diximus nobile etiā ipſe monimentum aduerſum martionē dereliquit. Similiter ⁊ hyrene⁹ Magnificentius autem ceteris modeſtus: qui omnes ipſius deceptiones et fallacias retecto quo velabātur neq̃tie tegmine denudauit.

¶ Capitulum. xxiiij. de melitone ⁊ ei⁹ ſcriptis. A

MElito quoq; Sardenſis. Antiſtes eccleſie et apollinaris apud hierapolim eccleſiam regens celeberrimi inter ceteros

habebantur. Qui ⁊ imperatori romano
apologeticos ſimiliter libros ꝓ noſtra fide
luculentiſſime conſcriptos porrexerunt.
Horū quanta relicta ſint monimenta q̄
ad noſtrā vſqꝫ ad notitiā peruenerunt
infra oſtendit᷑. Melitonis de paſcha li-
bri duo. De optima cōuerſatione liber
vnus. Sed ⁊ de ꝓphetis De eccleſia. De
die dñica. De fide hominis. De figmēto.
De obediētia fidei. De ſenſib᷒. De aīa ⁊
corpore ⁊ mēte. De lauacro. De verita-
te. Itē de fide. De generatiōe chriſti. ⁊ de
ꝓphetia eius. Itez de aīa ⁊ corpore. De
hoſpitalitate. Itez liber qui dicit᷑ clauis.
De diabolo ⁊ reuelatione ioannis. De
deo corpore induto. Et poſt oīa liber ad
antoninū veruz. In libello ſuo de paſcha
tp̄s quoqꝫ quo ſcribebat inſinuās ita di-
cit. Sub ſergio inquit paulo pro conſule
aſie: quo in tēpore ſagariſ martyrio coro
natus eſt: queſtio ingēs oborta eſt apud
Laoditiam de paſcha: quib᷒ diebus hec
ſcripſimus. Huius etiam ipſius libelli
mentionem facit clemens Alexandrinus
in opere ſuo: vbi de paſche ratiōe ſcribit:
qꝫ ſe dicit ex occaſiōe huius ipſius libelli
qui a melitone prius editus fuerat ſcri-
bere.

B ¶ In eo aūt libro quē ad imperato
rem ſcribit. talia quedam memorat illis
temporibus aduerſum nos geſta. Quod
nunqꝫ inquit factum eſt: nūc perſecutio-
nē patitur genus piorum. Effugant᷑ vn-
diqꝫ nouis decretis per omnem aſiam ꝓ
mulgatis. Impudentes namqꝫ homines
⁊ calumnioſi qui rapere aliena deſiderāt
occaſione accepta imperialiuz precepto
rum: more predonum die noctuqꝫ graſ-
ſantur et diripiunt innocentes. Et poſt
aliquanta iterum dicit. Et ſi quidem te
iubente hoc faciunt. bonū credam᷒ q̇cq̇d
iuſto imperatore iubēte cōmittitur. Sed
⁊ nos libēter ferimus mortē quā a te co-
gnoſcimus irrogari. Sed hoc eſt ſolum
quod te obſecramus vt ipſe prius mini-
ſtros proteruitatis huius requiras: ⁊ ſi
a te mādate ſunt iſte quas irrogāt mor-
tes ipſe diſcutias. Si vero tuaꝫ quoqꝫ cō
ſcientiam preceptum iſtud tam immane
⁊ taꝫ barbarū latet: obſecramus ne nos
deſpicias: nec patiaris religioſos ciues
tam publico patrocinio iugulari. Et ite-
rum poſt aliquanta addit etiam hec et-
enim philoſophia hec qua nos vtimur
primo quidem florebat apud Barba-
ros. Introducta eſt autem etiam Roma
ne veſtre conuerſationi Auguſti tempo-
ribus. Ex quo ⁊ regni veſtri ſublimius
culmen aſcendit: obſeruantie huius au-
ſpitijs eleuatū. Cuius imperij feliciter ꝓ
pagati: tu felix ſucceſſor exiſtis et trade-
tum tibi feliciter ſeruas vna cum filio.
Propter qđ ⁊ ſimul tibi cum imperio tra
ditum noſtre philoſophie ritum: pari re-
gione cuſtodi: velut qui ingreſſu ſuo pa-
tribus tuis cauſam proſperitatis intule
rit: ⁊ fidē que cū ipſius Auguſti felicitati
bus adoleuit: integrā tu quoqꝫ nunc re-
gnās illibatamqꝫ conſerua. Quia nec ip
ſe Auguſto in ingreſſu eius vel impro-
greſſu triſte aliquid accidit. Sed te ꝯtra
rio leta omnia ⁊ omnia magnis ſucceſſi-
bus plena: obſecrantibus deuz ſummū:
pro imperij eius ſtatu religiōis huiuſce
cultoribus. Nec quiſqꝫ principū niſi Ne
ro ſolus ⁊ domitianus nequā hominum
ſuggeſtionibus aduerſati ſunt dogmati
noſtro. Ex quorꝫ tp̄e accidit nos falſis ca
lumnijs infamari. Sed illorum errorem
qui ex ignorantia venerat: emendaue-
runt patres tui qui frequentib᷒ poſt mo
dū decretis: aīaduerterūt ꝯ eosđ auderēt
moleſtie aliq̇d hmōi cultoribus irrogare.
In quibus auus tuus Adrianus et ad
alios quidem multos iudices: precipue
tñ ad fundanium ꝓconſulē aſie: pro hoc
literas dedit. Pater vero tu᷒ tecū pari-
ter romani regni apicē regēs omnibus
quidem generaliter ciuitatibus: maxime
tñ ad lariſſeos: ⁊ ad Theſſalonicenſes. ⁊
Athenienſes: pro his mittit edicta. Te
vero multomagis eandē credimus ſer
uare ſn̄iam: imo ⁊ multo clementius cōfi
dimus prouiſurum: tanqꝫ qui vere phi-
loſophie et pure religionis amator exi-
ſtas. Hec et multa alia notabiliter ab eo
ſcripta in libello de quo memorauimus
inſeruntur.

C ¶ In his autem que de explana
tione ſcripturarū ſcribit: quaſi in perfe
ctione enumerat: que ſint volumina ve-
teris teſtamenti que in canone debeant

obſeruari. Quam partem ſcripture: vi=
dere his neceſſariū puto. Melito Oneſi=
ſimo fratri ſalutē. Quoniā quidē frequē
ter me rogaſti pro ſtudio qḋ habes erga
verbū dei vt excerpa; tibi teſtimonia ex
lege et prophetis de ſaluatore ⁊ de fide
noſtra: ſimulq; indicere: qui ſit ordo vel
numerus veteris teſtamētivoluminum.
Poſtulata libenter expleui: ſciēs qḋ ſit
in te diſcendi ſtudiū vel quāta fidei de=
uotio. ⁊ eterne vite deſiderio nihil prepo
nis. Scias ergo ꝑdiſſe me vſq; ad orien=
tis locum: vbi predicationis noſtre cepit
exordium: et vbi geſta ſunt illa omnia q̄
leguntur ſcripta: ibiq; diligenter de om=
nibus exploraſſe: que eſſent veteris teſta
menti volumina. Ibi igitur que cū omni
inueſtigatiōe ꝯperi hec ſunt Moyſi libri
quinq;: Geneſis. Exodus. Numerus.
Leuiticus. Deuteronomiū. Tiun deinde
de ieſu naue: Judicium. Rut. Regnorū
libri quatuor. Paralippomenon libri. ij.
Pſalmi Dauid. Salomonis ꝓuerbia ſa=
pientia. Eccleſiaſtes Cantica canticorū
Job. Prophete aūt Eſaias Hieremias.
Duodecim prophetarū liber vnus. Da=
niel ⁊ Ezechiel. Eſdras: Ex his ergo et
egolgas tibi. i. excerpta teſtimonia in ſex
libris digeſta tranſmiſi. de meditiōis mo
nimentis iſta comperimus.

¶ Capitulum. xxv. de apollinare et
eius ſcriptis.

A Pollinaris
vere cū multa a multis
habeantur ad nos tamē
iſta ſunt que venerunt.
Apologetic⁹ liber ad pre
dictū imperatorē ſcriptus. Et aduerſum
paganos libri quinq;. De veritate libri
duo. Et quos poſtmodum edidit aduer=
ſum Catafrigas. Montanum ſcilicet et
pſeudo ꝓphetas eius: q̄ tūc primum de=
uiādi a recto itinere exordiū ſumpſerāt.

¶ Capitu. xxvj. de muſano et hereſi
encratitarum et ſeuerianorum.

S Edet muſam
cuius in ꝑcedentib⁹ fecimus
mentionē: fertur libellus mul
ta elegātia ſcriptus ad quoſ=
dam fratres qui declinauerant ad here
ſim que dr̄ Encratitarū tunc nuper exor
tam. Cuius autorem extitiſſe. tatianum
ſermo aſſerit: illo ipſo de quo in ſuperio=
rib⁹ memorauim⁹ beato Juſtino teſti=
monium dante: cuius eum ⁊ diſcipulum
ferunt. De quo tñ hyreneus in primo li=
bro contra hereſes hoc refert.

A ¶ Saturnino inquit et martione
deſcenderūt. ii. qui vocantur Encratite:
nuptias refutātes: que adeo antiquitus
inſtitute ſunt et ſubtiliter accuſantes il=
lum qui ab initio maſculū ⁊ feminam ad
Origo inqt huius hereſis que aduerſū eccleſiam nuper exorta eſt: inde deſcendit. Uicus quidam eſſe dicit apud Meſſiam frigie ciuitatē q appellat ardabau. In quo aiūt montanū quendā noīe qui nuper ad fidē xpi venerat ſub graue aſie proconſule cupiditate nimia pmatus accēſum: Iſtijs ſpiritib⁹ in ſemetipſo locū dediſſe: ac repēte in quodā exceſſu mentis effectū: et velut ſpiritu actū proloqui cepiſſe noua quedā ⁊ diuerſa ab ijs q ex ſucceſſione maiorū eccleſie tradita fuerāt velut ,ppheta li ſpecie pferētē. Que cū ita viderēt fieri hi qui per idē tps aderāt auditores: alij eū velut demone repletū: ⁊ erratico perſflatū ſpū: ad decipiēdos pplos iudicantes obiurgabāt: ⁊ ploqui omnino phibebāt memores dominici pcepti ⁊ comminationis eius: qua iubet obſeruari a

falſis ꝓphetis. Alij aūt velut facto ſpiri
tu repletū: ⁊ prophetica gratia donatuꝫ
putabāt. Et immemores dñi precepti: er
ratico ⁊ ſeductorio ſpiritui eatenꝰ indul
gebant: vt etiam prouocare eū ad dicen
da aliqua delectarent. Et hoc fiebat ar=
te diabolica: qua indiſciplinatis perdi=
tio parabat. A quibꝰ montanus cum ſu
pra ꝙ̄ dignū eſt in veneratiōe haberet:
in tātū temeritatis ꝓgreſſus eſt: vt etiā
duas quaſdā mulieres inſano ſpiritu q̄
ipſe replebatur participes ſibi faceret:
⁊ ad inſaniendū ſecū pariter edoceret:
quo facilꝰ vterqꝫ ſexus in errorē ꝑ vtrū=
qꝫ caperet. Hi etiaꝫ beatificare eos qui
ſibi familiarius adherebāt: ⁊ ꝓmiſſionū
magnitudine tumidos reddere. Interdū
etiā obiurgare quoſdā vt ne in omnibus
adulatores deprehēderetur. Tamē per=
pauci erāt ex Frigibus qui eorum deci=
perentur inſania. Quibus ⁊ ꝑſuadebat
in vniuerſam eccleſiam que per orbem
terre eſt blaſphemare: ⁊ non ſolū nihil ei
deferre reuerentie ſed ne limen quidem
eius incedere. Frequenter tñ aduētanti
bus ex aſia fratribus: veſani et ꝯtra fidē
xp̄i bachātes: cōfutati vt heretici corru=
ptoreſqꝫ veritatis ab eccleſie conuentu
⁊ ſocietate depulſi ſunt. Hec in primo li=
bro ſcribens ⁊ per oē operis ſui corpus
fraudes hereſis in ſingulis quibuſqꝫ con
uincens. In ſecūdo quoqꝫ volumine de
eiſdē etiā hoc ſcribit. Quale eſt aūt inqt
qđ ⁊ ꝓphetarū ꝑcuſſores nos vocāt: pro
eo qđ inſanas eoꝝ non ſuſcepimꝰ fanta=
ſias. Dicunt eñ hos eſſe quos promiſe=
rit dñs ad ppl̄m ſuū ſe eſſe miſſurum pro
phetas. Reſpōdeāt ergo nobis ſi a deo
miſſi ſunt prophete mōtanus ⁊ mulieres
eiꝰ quis eoꝝ a iudeis ꝑſecutionem paſ=
ſus eſt: aut quis ab iniquis occiſus eſt.
vel quis eorum pro nomine dñi tantꝰ eſt
Et ante reges ⁊ preſides ſtetit. Aut quis
in ſynagogis iudeoꝝ flagellatus eſt. Uel
quis lapidatus eſt. Quinimo ⁊ econtra=
rio traditur: ꝙ finem vite exemplo iude
traditoris acceperint. Dicunt enim ipſo
demone quo inſpirabant id agente: di=
uerſis quiqꝫ tpibus vitam laqueo finiſſe.
Illū vero admirabilem veluti prophetie
ipſorum primogenitum theodotum nō=
mine: tradunt quodā tpe viſum ſibi eſſe
velut in celo aſſumi: ⁊ credidiſſe ſe ſpiri=
tui erroris: quo euectum in excelſum et
inde deductū ad terrā finē vite exitu peſ
ſimo terminaſſe. Sed hec ipſi de monta
no vel theodoto ac mulieribus ita geſtū
negant. Tamen a plurimis affirmatur.
Quod cum inter negantes et confirman
tes: nos rei fideꝫ relinquimus in medio.
Item poſt aliquanta ſubiungit etiā hec.
Sed et ſancti epiſcopi probatiſſimi viri
qui per idem tempus fuerūt zoticus de
cumana: ⁊ iulianus de apamia: aggreſſi
cohibere ſpiritū qui loquebatur in ma=
ximilla iuſſerunt themiſonem obturare
os eius: ⁊ excludere vocem falſis erra=
tici ſpiritus. Quod ⁊ ita factum eſt. Et
iterum coarguēs falſam fuiſſe Maximil=
le prophetiam que bella ꝙ̄ plurima im=
minere predixerat: his vtitur verbis. Et
quomodo non eius mendacium euiden=
ter arguitur. Tredecim namqꝫ iam exa=
cti ſunt anni vſqꝫ ad preſentem diem:
ex quo mortua eſt iſta mulier: et nuſqꝫ
prorſus vel priuatim vel publice bellum
aliquod exortum eſt. Sed et chriſtianis
per dei miſericordiam par iugis et fir=
ma perdurat. Sed et in tertio libro de
ijs qui ſe iactabant quod multi marty=
res ex eorum hereſi extitiſſent: hoc di=
cit: cum inquit in omnibus que ſupra di=
ximus conuicti nihil reſpondere potue=
rint: ad martyres confugiunt: dicen=
tes ſe multos habere martyres: et hoc
eſſe iudicium: quod verus ſit apud ip=
ſos propheticus ſpiritus. Quid ergo.
Quia multi et alij heretici plurimos
martyres habent ideo acquieſcendum
eſt eis: ꝙ etiam veritas apud ipſos ſit.
Nam primi qui dicuntur martioniſte
habent plurimos martyres. Sed que
eſſe poterit apud eos martyrū veritas
vbi chriſti veritas non eſt. Et poſt ali=
quanta iterum ſubiungit. Deniqꝫ ait.
Sancti martyres qui pro vera fide mar
tyrium ducunt: cum de eccleſia pro=
cedentes ad paſſionem ducuntur: ſi
qui forte inuenti fuerint cum eis de he=
reſi frigum ſecernunt ab eis et reſpuunt
eorum ſocietatem nec vllo genere cum
iam martyrū palmam teneant ſpiritui

montani et maximille acquieſcendum pu
tant. Sicut et noſtris tēporibus apud apa=
miam (que eſt ſupra meandrum poſita)
geſtum ſcimus a Cayo et alexandro qui
de eumenia martyres extiterunt.

¶ Capitulū. xvi. de melciade et eius
ſcriptis.

ITem eodē au
tē opere meminit Mel
ciadis ſcriptoris: tanq̄
qui et ipſe librum aduer
ſum hereſim ſupradi
ctam conſcripſerit. De=
niq̄ et inſerit ex eius di
ctis ſuo opi hec vba. Neq̄ enim credēdū
eſt (inquit) in exceſſu mētis .i. per amen=
tiam prophetari: qđ eſt proprie pſeudo
prophetarum. vbi enim quis emēs effici=
tur iuſti rectiq̄ eſſe non poteſt tenax. qui
ſine dubio initium ſumunt ex imperitia:
ad finem vero deuoluuntur amentie ſi=
cut ſupra diximus. Hoc autē modo neq̄
in veteri teſtamento quēq̄ neq̄ in nouo
per dei ſpm̄ extitiſſe prophetam poterūt
demonſtrare. quia neq̄ agabus neq̄ iu=
das neq̄ ſilas neq̄ quatuor filie philip=
pi neq̄ ammia q̄ i philadelphie eccleſia
prophetauit neq̄ quadratus neq̄ alius
quiſquā ex numero ipſorū hoc modo di=
gnoſcit prophetaſſe. et poſt pauca iterum
ſubiungit et dicit. Si enim poſt quadra
tū et ammiā philadelphinā vt aiunt mu
lieres iſte montani ſucceſſerunt in pro=
pheticā gratiam: et ſicut confirmabant
vniuerſe eccleſie date ſunt ad prophetā
dum vſq̄ ad aduentum domini decipi=
tur eorū confirmatio. Quartumdecimū
etenim iam pene habet annum ex quo
defuncta eſt maximilla. Hec ex ſupradi=
cti viri commentarijs. Ipſe vero de quo
indicat melciades etiā alia nobis pprij
operis non contēnenda monimenta de=
reliquit. ſcripſit nāq̄ et aduerſus gentes
librum et aduerſus iudeos alium: et ad
principes romani regni apologeticū pro
fide noſtra ſcripſit et aduerſum catafri=
cas hereticos.

¶ Capitulum. xvii. Apollonius mon=
tani hereſi declarat eāq̄ et eius pro=
pheciſſas fortiter impugnat.

SEd et apollo
nius quidā eccleſiaſtic⁹ ni
hilominus ſcriptor bellum
aduerſum eos edidit i quo
ſatis vigilāter pphetias ip
ſorū falſas eſſe conuincit. et ſingula in eis
vba coarguit. ſimul et vitā moreſq̄ eorū q̄
autores hereſeos extiterūt expōit p hec
verba. Sed videamus (inquit) q̄s eſt hic
nouus magiſter: et primum nobis doctri
nā eius ſm dominim ſniam actus ipſius
et opera commendent. Hic eſt qui docuit
nuptias ſolui et qui ieiuniorum leges pri
mus impoſuit. Qui pepuzam et thimium
oppida frigie hieruſalē nominauit. atq̄
in hec omnes cōgregādo diſcernit. Qui
exactores pecunie ſtatuit. Qui ſub nomi
ne oblationum munera artificioſius ac=
cipit. Qui ſalaria preſtat predicantibus
verbū ſuū: vt per hoc inuitati enixius do
ctrine ei⁹ operā prebeāt. Hec de monta=
no. De mulieribus vero ei⁹ poſt aliquā=
ta ita ſcribit. Oſtendemus aūt pmo oīm
has pphetiſſas ex quo ſpū replete ſunt
viros ſuos reliquiſſe. Quomodo ergo mē
tiuntur priſcam virginem fuiſſe. Et poſt
aliquāta iterum dicit. Non tibi videtur
qđ oīs ſcriptura phibet pphetam mu=
nera accipe vel pecunias. Si ergo videā
pphetam accepiſſe aurū et argentū et ve
ſtes pretioſas quō eā prophetam putē;
Et iterū poſt aliquāta ſubiungit dicens.
Sed et themiſſus q̄ apud eos noīe tantū
confeſſionis inflatus eſt: vere aūt confeſ=
ſionis fructibus caret: qm̄quidē p mul=
tā pecuniā vincula depoſuit quē oporte=
bat vtiq̄ humiliter ſe agere hic arrogan
tia elatus aplice ſibi aliqđ autoritatis
aſſumēs epiſtolam ad oēs eccleſias ſcri=
bit. In qua docere conat eos q̄ multo re
ctius q̄ ipſe credebant. Et cohortat oēs
ad nouas vborū adinuētiones accōmo=
dare aurem ſuam. Blaſphemat autem
dn̄m et apoſtolos eius et ſanctam eccle=
ſiam. Sed et de alijs quibuſdam q̄ apud
eos vt martyres honorantur ita ſcribit.
Uerum ne in pluribus immoremur: dicā
te nobis de Alexandro qui ſemetipſum
martyrem dicit quē continuā habet hec
propheteſſa: quē adorat vt deum mu=

me hic ꝓ latrociniꝭs aliiſq; nefariꝭs acti-
bus reus extitit. Non nos dicimus: ſed
acta hec publica cōtinēt. Quis ergo eoꝝ
cui donat peccā. Prophetiſſa ignoſcit mar
tyri latrocinia: an martyr ignoſcit pro-
phete rapacitatis et auaritie crimina.
Cum enim dñs dixerit nolite habere au-
rum neq; pecuniam neq; duas tunicas
iſti in omnibus contraria gerunt: acqui
rentes & cōgregantes ea que dñs etiam
habētes iuſſit abꝭcere. Probamus nāq;
eos q̄ apud ipſos vel prophete vel mar-
tyres nominātur nō ſolū a diuitibus ſed
etiā pauperibꝰ pupillis ac viduis pecu-
nias cōgregare. Aut ſi habēt cōfidētiā
aſſint & pro his habeant nobiſcum diſce-
ptationē: vt ſi conuicti fuerint vel de ce-
tero deſinant talibus ſe implicare com-
mertꝭs. Opꝫ eñi ex fructibꝰ vel agnoſci
vel etiā probari ꝓphetā. Sicut & dñs di
cit q2 arbor ex fructibus cognoſcitur et ꝓ
pheta verus probatur ex fructibus.

B ¶ Ut autem de alexandro certius
cognoſcatur ſciendū eſt quia iudicatus
eſt apud emiliū frontinū ꝓcōſulē epheſi
nuꝫ ꝓpter nomē xp̄i ſed propter quedaꝫ
latrocinia. Nam a xp̄i noīe iam apoſta-
ta extiterat. Sed poſt hec vt fideles qui
dam fratres qui per illud tp̄s apud iu-
dicem aliquid poterant ꝓ ipſo interce-
derent. ſimulauit ſe propter nomen do-
mini laborare & per hoc dimittitur. Nec
tamen in eccleſia patrie ſue receptus eſt
vbi latro eſſe ab oībus noſcebatur. Qđ
ſi qui forte minus his que dicimꝰ accom
modandā exiſtimat fidē: in archiuis pu-
blicis apud Epheſum geſta ſeruantur.
Que tñ ibi ſeruari hi optimi ꝓphete qui
ei famulant̄ ignorāt. Qui vtiq; cuꝫ in his
conuincitur ſine dubio et prophetarum
ignorantia cū ipſo pariter redarguitur.
Hec & multa alia l eo ſimilia poſſumus
edocere. Aut ſi cōfidunt: in comminus ve
niāt excipiāt intētiones noſtras & exuāt
ſe ab his ſi putant ſe eoꝝ poſſe effugere
conſcientiā. Itē poſt pauca de ipſis pro-
phetis iſta ſubiungit. Quod ſi negant ſe
prophete ipſorum munera accepiſſe ſta-
tuant hoc vt ſi conuicti fuerint prophe-
tas ſe eſſe vltra non ſimulent et mille de
ſeraꝫ probamenta. Ueruntamen neceſ-
ſarium puto etiā reliquos horū prophe-
tarū fructus ꝓbari. Dicite mihi o vos
prophetiſſe vultus ꝓphetantis cando-
ribus & ruboribꝰ aliqñ fucat̄: ꝓphetiſſa
ſtibꝭs tingitur: prophetiſſa ornamentis
vtitur et ornatibus delectatur. Deinde
propheta ad tabulā & ad teſſeras ludit.
Propheta pecuniā ſuam ad vſuras dat.
Dicāt ſi licet hec facere prophetis. Ego
aūt vniuerſa hec eis ꝓbabo. Hec & mul-
ta alia idē apollonius ad cōfutādos eos
ſatis ꝓbabiliter & cōſtanter intexuit de-
ſignās ēt hoc ꝙ quadrageſimus iſte quo
hoc ſcribebat ageret̄ annus ex quo mon-
tanus falſe huius vaticinationis initiuꝫ
dederat. Refert etiā de quodā zotico ꝙ
apud pepuzā cū ꝓphetare ſe maximil-
la ſimularet repēte ingreſſus cepit im-
perare ſpiritui q̄ in ipſa loquebat̄ ita vt
eum penitus cohiberet. Sed obſtiterunt
hi qui eis adulabant̄. Meminit autē et
tharſee cuiuſdā martyris q̄ quaſi ex tra
ditione priorum ſe accepiſſe aſſeruerit
ſaluatorē p̄cepiſſe ap̄lis ſuis vti ne ante
duodecimū annū ab hieroſolymis diſce-
derent. Refert preterea & apud epheſuꝫ
mortuos a ioanne ſuſcitatos et alia ꝙꝫ
plurima. Ex quibus omnibus vehemen
ter ſupradicta hereſis cōfutat̄. hec apol-
lonius.

¶ Capitu. xviij. aliqua que de hereſi
montani ſcripſit ſerapion.

SErapiō autem qui poſt maximū epiſcopus
apud antiochiam fuit in epi-
ſtola ſua quam ad caricum &
ponticum ſcribit de hac ipſa hereſi poſt
aliquāta hoc dicit. vt aūt etiā hec ſciatis
ꝙ iſta q̄ nunc noua ꝓphetia vel potius
execratio noua proceſſit ab omni frater-
nitate q̄ in vniuerſum mūdū eſt reſpuit̄ &
refutat̄ tranſmiſi vobis claudꝭ apolli-
naris ierapolitani Aſie prouincie ep̄i li-
teras quibus de his plenius inſtruami-
ni. In hac aūt ipſa ſerapionis ep̄la ſub-
ſcriptiones etiā quorūdā ep̄orū et mar-
tyrum cōtinent̄. Ex quibꝰ vnus hoc mō
ſcripſit. Aurelius Cyrinus martyr opto
vos bene valere. Alius quoq; hoc modo
Aurelius publiꝰ iulius a debeltho colo

nis tracie epi. Uiuit deus in celis qr beatus ſophas qui eſt in anchialo voluit demonẽ puſcille eijcere ſed adultores eius non permiſerunt. Sed ꝛ multorũ ſimul epiſcoporũ eadem declarantium ſubſcriptiones ſupradictis literis inherebant. Uerum de his ſatis dictum.

¶ Cap. xix. de quibuſdã libellis hyrenei ꝛ quomodo mores ꝛ actus policarpi explicat.

Per idem tempus in vrbe roma diuerſis nihilominus nouitatibus per nonnullos regula traditiõis eccleſiaſtice vexabatur. Pro quib⁹ hyreneus aduerſos ſcripta protogauit. Extat igitur vnus eius libellus qui ſuperſcribitur ad blaſtuȝ de ſciſmate. alius ad florinum de monarchia ꝛ ꝙ nõ ſit deus malorũ creator. Hoc eñ ſupradictus vir videatur aſſerere. Qui tñ poſtea in errorem deuolutus eſt Ualẽtini. Scribit autem ideȝ hyreneus ꝛ de ogloade librum in quo ſignificat cõſecutũ ſe eſſe quoſdaȝ ex ſucceſſorib⁹ apoſtolorũ cui⁹ libelli ſubſcriptionem ſatis eleganter affixam his inſerere dignũ duxi. Adiuro te inquit q̃ trãſcripſeris librũ hunc per dñm noſtrũ ieſum xp̃m ꝛ aduentũ ei⁹ in gloria cum veniet iudicare viuos ꝛ mortuos vt conferas hec que ſcribis ꝛ emẽdes diligenter ad exemplaria de q̃bus trãſcripſeris ad fidem: ꝛ vt ſacramentũ adiurationis hui⁹ ſiliter tranſcribas ꝛ miſeras his que tranſcripſiſti. Hec aũt vtiliter ab illo dicta inſerere operi noſtro neceſſariũ credidi quo per hec diligẽs efficiatur omnis q̃ hec vel legere vel deſcribere dignum duxerit: ſciẽs exẽplum diligẽtie a ſanctis viris ꝛ illuſtribus traditũ. Uerũ in his q̃ ad florinũ ſcripſiſſe hyreneum ſupradiximus facit policarpi mentionẽ. Cum quo ſe etiã conuerſatũ eſſet deſignat per hec v̈ba. Hec inquit dogmata florine q̃ aſſeris cõfidenter dico qr non ſunt ſane ſententie hec dogmata nõ ſunt cõſona eccleſiaſtice fidei hec dogmata ne illi quidem qui de eccleſia pulſi ſunt heretici potuerũt aliq̃n commentari hec dogmata impietatem docent. Hec dogmata ſancti preſbyteri q̃ ante nos fuerunt nunꝙ ꝓtulere illi q̃ ꝛ aplõs viderũt q̃s ꝛ tu noſti. Uidi enim te dum adhuc puer eſſem in aſia apud policarpũ tũc quidẽ preclara agentem dum adhuc eſſes intra palatiũ ꝛ ſtudẽtẽ placere policarpo. Multo eniȝ magis mihi illi⁹ t̃pis rerũ geſtarũ inheret memoria ꝙ̃ p̃ſentis. Qr hec q̃ a puero diſcimus cũ aĩa coaleſcunt ꝛ adherẽt ei. Unde etiã locũ ipſum tibi poſſum dicere in quo ſedens diſputabat beatus policarpus ꝛ inceſſum illius ꝛ vultũ ac totius vite modum ꝛ ipſius quoqꝫ corpus habitũ. Sed ꝛ diſputationes quas habebat ad p̃p̃lm ꝛ cõuerſationem que fuerat ei cũ ioanne q̃ſo narrare ſolitus erat vel ceterorum qui ipſum dñm viderãt: ꝛ q̃ſo recordabat̃ oĩa ac recẽſebat verba que dicta a dño ab illis audierat ꝛ de virtutibus eius ac doctrina. Et tñ omnia hec cũ ſcripturis conſona proferebat. Que tũc ego pro minima dei quam mihi donare dignatus eſt attentatus ꝛ ſtudioſius audiens deſcribebam non in chartis: ſed in corde meo: queqꝫ per gratiã dei fideliter cuſtodio ꝛ mecũ ipſe ſine intermiſſione quodãmodo rumino. Deum ergo teſtor ꝛ in cõſpectu ipſius tibi affirmo: qr ſi q̃d tale audiſſet beat⁹ ꝛ ap̃licus vir policarpus exclamaſſet ſtatim: ꝛ aures ſuas obturaſſet ac ſicut moris erat ei dixiſſet. Deus bone in qua me t̃pa reſeruaſti vt hec audiã. Nonne etiã ipſum continuo locũ fugiſſet in quo ſedens vel ſtans huiuſcemodi verba audiſſet. Sed ex epiſtolis ei⁹ quas ſcripſit vel ad vicinas eccleſias vel ab aliquos ex fratribus commonens ꝛ cõfirmans eos ꝛ cohortans ad fidem poteſt ſnĩa eius euidenter agnoſci. Hec hyreneus.

¶ Cap. xx. de apollonio martyre.

Verum ea tempeſtate Commodo romanĩ regni apicẽ gubernante pax eccleſijs per omnẽ terrã propagabat̃: ꝛ ſermo dñi ex omni genere hominũ ad agnitionẽ ꝛ pietatẽ dei ſummi aĩas ꝯgregabat. Deniqꝫ ꝛ in vrbe roma multos ex illis illuſtrib⁹ ꝛ p̃diuitib⁹ viris cũ liberis ꝛ cõiugibus ac ꝓpinquis atqꝫ

omni pariter familia ſociauit ad fidem. Sed hoc nõ equis oculis ille antiqu⁹ humane ſalutis hoſtis aſpexit. Cõtinuo denicꝫ aggredit̃ varijs noſtros machinis impugnare. Primo in vrbe roma apollonii quẽdã virũ in fide noſtra ⁊ in oĩbus philoſophie eruditiõib⁹ illuſtrẽ ad iudiciũ pertrahit accuſatore ei ſuſcitato quodã infeliciſſimo ⁊ deſperate ſalutis homine. Quicꝫ qm̃ lex que oblatos puniri iuſſerat chriſtianos in delatorum prius animaduertendum cenſebat a perhennio iudice vt eius crura cõminuerentur ſniam primus excepit. Tum deinde exoratur beatus apollonius martyr vti defenſionem pro fide ſua quã audiente ſenatu atcꝫ omni populo luculenter ⁊ ſplẽdide habuerat ederet ſcriptam. Et poſt hec ſm ſenatuſconſultum capite plexus eſt. Ita nãcꝫ a prioribus lex iniquiſſime promulgata cenſebat.

¶ Cap. xxi. qui ſub cõmodo inſignes epiſcopi clarebant.

IGitur ſub eiuſdẽ cõmodi principatu Eleutherio in vrbe Roma tredecim ãnis ſacerdotio functo Victor ſuccedit. Sꝫ ⁊ Juliano apud Alexãdriã poſt decẽ annos defunctoꝶ demetri⁹ ſubſtituit̃. Apud anthiochiã qꝫ octauus ab apłis ep̃s ↄſtituit̃ Serapion: de quo in ſuperiorib⁹ memorauimus. Tũc apđ ceſareã Paleſtine theophil⁹ ⁊ Narciſus in hieroſolymis eccłias ꝓcurabãt apud corinthum vero bacil⁹ ⁊ apđ epheſum policrates nobiles in ep̃is habebãtur. Sed ⁊ multi in alijs locis referũtur per idẽ tp̃s egregij ſacerdotes. Nos tñ eoꝶ facimus mentionẽ quoꝶ fidẽ ⁊ ſcientiã ex ꝓprijs operis inditijs poſſumus habere compertam.

¶ Cap. xxij. de queſtione ſuper obſeruatione diei paſche.

QUib⁹ ea tẽpeſtate eccleſijs ꝑſidẽtib⁹ in ꝓuincijs Aſie queſtio nõ minima exorit̃ velut ex antiqua eoꝶ obſeruatiõe deſcendẽs ꝙ quartadecima luna putarẽt omni gẽti paſcha obſeruãdũ. Qñ ſcꝫ iudeis agn⁹ ꝑcipit̃ immolari velut neceſſario cõfirmãtes quocuncꝫ die ſeptimane quartadecima luna veniſſet ſolui debere ieiuniũ cũ talis conſuetudo in nullis prorſus alijs vncꝫ obſeruata fuiſſet eccłijs. Ob quã cãm ↄuẽtus ep̃oꝶ ⁊ cõcilia ꝑ ſingulas queſcꝫ ꝓuincias ↄuocant̃ ꝓrogatiſcꝫ ad ſe inuicẽ epł̃is de ſingulis q̃buſcꝫ locis vnum oẽs eccleſiaſticum dogma cõfirmant ne liceat: aliqñ niſi in die dñica in qua dñs reſurrexit a mortuis dñicũ paſche celebrare myſteriũ ⁊ in hac ſola ſoluendũ eſſe paſchale ieiuniũ. Extat denicꝫ vſcꝫ in hodiernũ cõcilij apud Ceſareã Paleſtine habiti decretum in quo primus eſt Theophil⁹ ipſi⁹ ceſaree ep̃s ⁊ Narciſſus hieroſolymoꝶ ſacerdos hr̃ ⁊ in vrbis Rome ↄſilio ſilr̃ aliud decretũ cui ꝑfuiſſe Victor ep̃s indicat̃. Et põti ꝓuincie palmas galloꝶ q̃ꝫ ſacerdotalis cõuẽtus extat Hyreneũ preſulẽ ſcribẽs. Achaie vero Bachilũ corinthioꝶ eccłie ep̃m: qui omnes diuerſis locis vnã eandemcꝫ iudicij ſui ſniam protulere.

¶ Capitulũ. xxiij. de eodem.

SEd epiſcopi regionis aſiane ſeruãdam magis a veteribus ſibi traditaꝫ conſuetudinem cõfirmabãt. A ¶ Ju quibus Polycrates q̃ in eis primatum agere videbatur ad victorẽ epiſcopum Romane eccleſie ſcribẽs morem traditionis antique ad ſe vſcꝫ delatũ per hec verba deſignat Nos ergo inquit intemeratũ paſche colim⁹ diẽ necꝫ addentes necꝫ auferentes aliquid. Et eñi magna q̃dã luminaria apđ aſiã dormierũt ſummi ⁊ electi viri q̃s dñs ſuſcitabit in aduẽtu ſuo cũ venierit de celis i gł̃ia ⁊ req̃ret oẽs ſctõs ſuos. Jn q̃bus eſt philipp⁹ euãgeliſta q̃ dormiuit apud hyerapolim: ſꝫ ⁊ due filie ei⁹ q̃ virgies ſenuerũt. Et alia ei⁹ filia ſpũſctõ repleta q̃ apud epheſum dormiuit. Necnõ ⁊ ioãnes q̃ ſupra pect⁹ dñi recubuit q̃ fuit ſummus ſacerdos ⁊ põtificale petalũ geſſit martyr ⁊ doctor eccłie. q̃ ⁊ ip̃e apđ Epheſuꝫ dormiuit Policarp⁹ q̃ꝫ apud ſmyrnã ⁊ ep̃s ⁊ martyr. Silr̃ ⁊ tranſeas ep̃s apud eu-

meniam ſed apud ſmyrnā martyrio cō=
ſummatus. Quid autem dicam etiam
ſagarem nihilominus ſacerdotē ⁊ mar=
tyrem: qui apud laoditiā quieſcit in pa=
ce. Sed ⁊ Papirium et Macharium. Et
melitonem ꝑpter regnum dei et eunu=
chū ⁊ ſpirituſancto repletū qui iacet in
ciuitate Sardenſiū: expectans aduen=
tum de celis dn̄i vt reſurgat a mortuis.
Iſti ergo omnes diem paſche in quarta
decima die menſis obſeruauerunt ſecū=
dum euangelium nihil omnino extrinſe
cus agētes: ſed ⁊ fidei regulam per oīa
conſeruantes. Sed ⁊ ego omnium veſtꝝ
minimus policrates ſm̄ traditionē pa=
trum meorum obſeruo eorum duntaxat
quos ⁊ ab initio ſecutus ſum. Septem
nāqꝫ ex parentibus meis per ordinē fue
runt epiſcopi ego octauus. Qui omnes
ita obſeruauerunt hunc diem. vt conue=
niret cum illo quo fermentū iudeorū po=
pulus auſert. Unde fratres cariſſimi ſe=
xaginta quinqꝫ annos etatis gerens in
nomine domini multoꝝ quoqꝫ orbis ter
re eꝑorum notitiā pleniſſime habens et
ſanctis ſcripturis intendens: nō pertur=
babor ex his que ad terrorē ꝓferunt qꝛ
⁊ maiores mei dixerūt obtēperare opor
tet deo magis ꝙ̄ hominibꝰ. Et poſt pau
ca de his qui ſecum aderant epiſcopis
ita ſubiungit. Poterant autem etiā pre
ſentium epiſcoporum facere mentionem
quos ipſi petiſtis vt euocarem ſicut ⁊ fe
ci. Quorum nomina ſi ſcribā nimis mul=
titudo eſt. Qui omnes ſcientes paruita
tem meam conſenſu ſuo que ſcribimus
confirmant. certi ꝙ non inaniter canos
attulimus: ſed in diſciplina Chriſti ſem=
per cōuerſati ſumus. Sed adhuc Uictor
romane eccleſie epiſcopus pertinacius
agens paſſum totius aſie ac vicinarum
prouinciarū eccleſias ac cōmunionis ſo
cietate abſcindere nititur tanꝙ̄ in here
ſim declinātes ⁊ lr̄as mittit quibus oēs
ſimul abſqꝫ diſcretione ab eccleſiaſtico
federe ſegregaret. Sed hoc non oībus
placeat epiſcopis quin potius et ecōtra
riꝫ ſcribentes ei iubebant vt magis que
pacis ſunt ageret: ⁊ concordie atqꝫ vna
nimitati ſtuderet. Deniqꝫ etiā extāt ipo
rū litere qbus aſperiꝰ obiurgāt victorē
velutinutiliter eccľie cōmodis conſulen
tem. Nā ⁊ hyreneꝯ cū ceteris qbꝯ ꝑerat
galliaꝝ eꝑis ſcribēs cōfirmat quidem vt
in dn̄ica die reſurrectionis dn̄i myſteria
celebreť. Uictorem tamē arguit ꝙ nō re=
cte fecerit abſcindere a corpore vnitatis
tot ⁊ tantas eccleſias dei que morem an
tiquitus ſibi traditum cuſtodirent.
B ¶ Sed ⁊ de multis alijs cōmonet ꝑ
hec verba. Nō ſolū inquit de die paſche
agitur cōtrouerſia ſed ⁊ de ipſa ſpecie ie
iuniorum. Quidam enim putāt vna tm̄
die obſeruari debere ieiunium alij dua=
bus alij vero pluribus. Nonnulli etiam
quadraginta ita vt horas diurnas no=
cturnaſqꝫ computantes diem ſtatuant.
Que varietas obſeruantie non nūc pri=
mum neqꝫ noſtris temporibus cepit ſed
multo ante nos ex illis: vt opinor qui nō
ſimpliciter quod ab initio traditum eſt
tenentes in aliū morem vel per negligen
tiam vel per imperitiam poſtmodū deci
dere. Et tamen nihilominus omnes iſti
etiā cū in obſeruantiā variarēt inter ſe=
metipſos ⁊ nobiſcum pacifici fuerūt ſem
per ⁊ ſunt nec diſſonantia ieiunij fidei cō
ſonantiam rupit. Poſt hec inſerit etiam
hiſtoriam quandam que pro ſui oportu
nitate nec a nobis debet omitti. Deniqꝫ
ait. Et illi omnes ante ſoteram ꝑſbyteri
qui eccleſie tu cui nunc prees ſacerdotiū
tenuerunt (Anicetum dico et pium higi
numqꝫ et thelephorum et ſixtum) Neqꝫ
ipſi ita tenuerunt neqꝫ hi qui cum ipſis
erant. Et tamen cū ipſi ita non obſerua
rent pacem ſemper habuerūt cum illis
eccleſijs que hunc obſeruantie morem
tenebant. Cum vtiqꝫ ⁊ ipſis contrarium
videretur ꝙ non etiā ceteri ſimiliter ob=
ſeruauerant. nunꝙ̄ tamē ob hoc repulſi
ſunt aliqui ab eccleſie ſocietate aut ve=
niētes ab illis partibus nō ſūt ſuſcepti.
Imo potiꝰ ⁊ omnes preſbyteri qui fue=
runt ante te oībus ſemꝑ q̄ non ita obſer
uabant preſbyteris eccleſiarū euchari=
ſtiā ſolēniter tranſmittebāt. Btūs autē
Policarpus cū ad vrbē Romam veniſſet
ſub aniceto cunqꝫ de alijs nōnullis parū
q̄d habuiſſent inter ſe ſtatim tm̄ coiſſent
in pacē de hac queſtione ita egerunt vt
nō vnuſquiſqꝫ ſententiam ſuā obſtinata

contentione defenderet. Nec enim aut anicetus Policarpo ſuadere poterat vt nõ obſeruaret ea q̃ nouerat ioannẽ diſcipulum dñi vel ceteros ap̄los cũ q̄b⁹ ſemper fuerat obſeruaſſe. Nec rurſum Policarp⁹ anicetũ pſuaſit ea deſerere q̃ ille dicebat a ſe maiorũ more ſeruari. Cũq hec ita inter ſe habuiſſent cõmunicarũt ſibiinuicẽ ita vt cederet Anicet⁹ Policarpo etiã ſacerdotali miniſterio (honoris dũtaxat cõtẽplatione) pfungi. Et ita ab inuicem plena fide pace integra ⁊ firma charitate diſcedũt: vt oẽs eccl'ie ſiue q̃ ita de paſcha ſiue q̃ non ita obſeruarent inter ſe tñ concordiã cuſtodirẽt. Hec Hyreneus agẽs nominis ſui opus pacem vel de eccleſijs concilians ſcribit. Et non ſolum victori. ſed ⁊ diuerſis eccleſiarum doctoribus ſimiliter per epiſtolas aſſerit q nulla pro hac queſtione in eccleſijs dei diſſentio debeat oboriri.

¶ Cap̄.xxiiij. de eodem.

Apud paleſtina quoq conuenientes in vnũ ſacerdotes dei Narciſſ⁹ hieroſolymorũ ⁊ theophilus de q̄b⁹ iã ſupradiximus. ſed ⁊ cũ ipſis caſſius tyri⁹ ⁊ clar⁹ e ptolomaide ⁊ ceteri plurimi pariter cõgregati. cũ de hac q̃one ageret q̄d ēt ap̄d ipſos ap̄lica traditio cõtineret circa finẽ decreti q̄d in cõcilio eorũ ſtatutũ eſt. hoc modo indicãt. Epiſtole aũt noſtre exemplaria p oẽs eccl'ias trãſmittant vt ne ſi efficiamur animarũ que diuerſis erroribus immergunt. Deſignamus igit vobis: q ⁊ apud alexandriam eadem qua apud nos die paſche ſolẽnitas gerit: q a pſorũ nobis litere deferuntur ⁊ ipſi noſtra ſcripta ſuſcipiũt: vt pariter ⁊ conſonanter diẽ feſtũ celebremus. Hactenus de ſupradicta queſtione ex his que in veterum ſcriptis haberi reperimus.

¶ Capitulum.xxv. de nonnullis alijs hyrenei libellis.

Erat autem ad hunc Hyrenei preter illos quos ſupra enumerauimus libellos etiam aliud volumẽ egregium aduerſum gẽtes q̄d de diſciplina attitulauit ad marcianum quẽdam ſcribẽs. Sed ⁊ dialogi de diuerſis in quibus teſtimonia de ep̄la ad hebreos poni plurima ⁊ de ſapiẽtia que dr ſalomonis. Hec ſunt que ad noſtrã notitiam etiam de hyrenei opuſculis peruenerint.

¶ Cap̄.xxvi. commodo qui ſtatim imperatores ſucceſſerunt.

Commodus autem tredecim annis imperio gubernato ptinaci poſt ſe regnũ reliqt. Quo ſex ſolis menſibus retento idem pertinax diem obijt ⁊ ſeuerus poſt hunc ſuſcepit principatum. Cuius temporibus plurimi eccleſiaſtici viri nobiles ⁊ ſtilo illuſtres extiterunt ſicut ex eorum monimentis agnoſcimus.

¶ Cap̄.xxvij. de hereſi artemonis.

Ex quib⁹ eſt heraclitus qui in apoſtolorũ commentatus eſt.

A ¶ Et maximinus qui de famoſiſſima omniũ hereticorum diſſeruit queſtione qua ſemp inquirit vñ ſint mala vel vñ malitia: ⁊ q materia facta ſit ⁊ nõ infecta. Sed ⁊ candidus qui exameron: id eſt de principio geneſis ſcripſit Appius quoq de hiſdẽ ſimiliter cõmentatur. Sextus etiam qui de reſurrectione diſſeruit et de ceteris nonnullis. Arabianus quoq ⁊ alij innumeri quos longũ eſt vel enumerare vel etiam pro aliquo illuſtri vnum quemq dictorum ſuorum inditio deſignare. Plurimi tamen ipſorum exortans temporibus ſuis hereticorum perfidias cõmutãtes fidem rectam ⁊ apoſtolicam monumẽtis ſuorum voluminum mandauere: vt artemonis illius hereſeos autoris quã poſtmodũ paulus ſamoſatenus noſtris iam pene temporibus inſtaurare conatus eſt: de qua dignum eſt que vel qualis ſit hiſtoria comprehendere.

B ¶ Hec hereſis purũ hominem id eſt abſq deo fuiſſe ſaluatorẽ cõfirmat. Idq antiquitus ab ipſis etiam ap̄lis traditũ eſſe mentit. Aduerſum quos vnus ex his

quos ſupra memorauimꝰ eccleſiaſticus ſcriptor:ita reſpõdit. Aiunt(inquit)aliꝗ ipſos etiam apl̃os ita vel ſuſcepiſſe vel ceteris tradidiſſe ſicut nunc ipſi aſſerũt. Et hãc veritatẽ pdicationis eſſe ſeruatam vſqꝫ ad victoris tempora. Et quõ ſucceſſores eoruꝫ ſcribẽtes aduerſum gẽtiles vel aduerſum hereticos:id eſt iuſtinus ⁊ melciades ⁊ tatianus ⁊ clemẽs ⁊ alijs ꝙplurimi ꝺ deitate xp̄i apertiſſime diſſerunt. Hyrinei vero et melitonis ceterorũqꝫ qui per idem tp̄s fuerunt volumina quis ignorat. Quibus et dñm holem ſimul predicãt xp̄m. Sed ⁊ pſalmi vel cantica q̃ a fratribus fidelibus ex initio ſcripta ſunt verbũ dei eſſe xp̄m et deum tota hymnorũ ſuorũ laude concelebrãt. Quõ ergo tot ſeculis fidẽ predicatam nũc iſti aſſerunt ꝙ a victoris tẽporibus exordiũ ſumpſerit. Quõ aũt victori ꝯalumniam faciunt ꝗ ſcient victorem theodotum coriarium qui princeps ⁊ pater extiterat impietatis ipſoꝝ: de communione eccleſie repuliſſe:qui primus rome auſus eſt dicere purũ holem fuiſſe xp̄m. Si eñ victor(dicũt)ita credebat quõ eijciebat de eccleſia theodotum blaſphemie iſtius inuentorem. Sed de Uictore hec commemoraſſe ſufficiat. Cui decem annis ep̄atu functo zepherinus ſacerdotij ſucceſſor extitit.nono pncipatꝰ ſeueri anno de ꝗbet Zepherino eadẽ ſcriptura ꝗ in ſuperioribus vſi ſumus tali quedã refert.

¶ Cap. 28. De natali p̄mũ xp̄iane fidei nobili ꝯfeſſore deide heretico demon ab ãgelis durit caſtigato pulchra hiſtoria.

Bitur commonebo vos fratres de his que geſta ſunt apud nos ꝗ ſi forte in ſodomis accidiſſent etiam illos emẽdare ⁊ corrigere potuiſſent. Cõfeſſor erat ꝗdam apud nos Natalis nomine noſtra adhuc cõfeſſius memoria hic deceptꝰ aliquãdo ab aſclepiodoto quodam ⁊ Theodoto collectarijs(qui ambo diſcipuli erant theodoti coriarij illiꝰ qui primus pro hac ſtulta aſſertione ab eccleſie ſocietate depulſus eſt). Uictore tũc vrbis rome epiſcopo acquieuit vt accepto ab eis ſalario epiſcopus illius hereſis nominaret certa pactione id eſt centũ quinquaginta denarijs mẽſtrue preſtationis. Quiqꝫ natalis cum ſe in hoc decepτus locaſſet frequenter ammonebatur in ſomnijs a dño.quia miſericors deus ⁊ dñs noſter ieſus xp̄s nolebat martyrem ſuum qui ſibi in multis paſſionibus extiterat de eccl̃ia pdere. Sed cũ negligẽtiꝰ ſuſciperet ⁊ viſiões primatꝰ amore ⁊ turpis lucri deuictus illecebra ad vltimũ a ſctis angelis p totã noctẽ verberatꝰ ⁊ penis grauibus excruciatꝰ mane cõſurgẽs cilicio ſe induit et cinere ſe conſpergit ac multis lachrymis errorẽ ſuũ deflens ad pedes ſe zepherini ep̄i ꝓſternit et veſtigijs oĩm non tm̃modo clericorũ:ſed etiaꝫ laicorũ multa cũ lamẽtatione ꝓuolutus in lachrymas ⁊ miſererationes oẽm ꝓuocauit eccleſiam vt indulgentiã ſibi a xp̄o cõtinuis ⁊ iugibus ꝓ ipſo precibꝰ implorarent:oſtendentes ſimul in cõſpectu domini liuores corporis et cicatrices quas pro nole ipſius cõfeſſione ſuſceperat. Et vix aliquando in communionem eccleſiaſtici corporis reuocatus eſt.

B ¶ Sed ⁊ poſt aliquanta idẽ ſcriptor adiungit hec etiã. Scripturas autẽ diuinas abſqꝫ vlla timoris dei reuerẽtia corruperunt Antiq̃ ꝟo fidei regulã ꝓterue et impie reſpuũt ignorãtes xp̄m. Quem idcirco non inuenerũt qꝛ nõ recte q̃ſierũt ⁊ intantum ſtultitie impietatiſqꝫ ꝓlapſi ſunt vt ſi quis eis ſermonem de ſcripturis propoſuerit illi econtrario ꝓponant vtrum hic ſermo de quo agitur cõiunctũ aut ſeparatum genus ſyllogiſmi faciat et derelinquẽtes ſanctas dei ſcripturas geometriã tractãt tanqꝫ ꝗ vere de terra ſint de terra loquũt. Et iõ eũ ꝗ de ſurſuꝫ eſt ⁊ de celis venit ignorant. Deniqꝫ euclides apud eos vel maxie in geometrie diſciplinis viget. Sꝫ ⁊ ariſtoteles ⁊ theofraſtus ab his ammiratione habentur. Galienus vero a nõnullis eoꝝ adoratur etiã. Quorũ artibꝰ ⁊ doctrinis hereſeos ſue ipietatẽ nitũt aſſerere ⁊ deceptiõibꝰ hoim ignorãtiũ deũ ſimplicitatẽ diuinarũ ſcpturarũ ſinceritatẽ fidei ſubruũt:ſꝫ hoc faciũt qꝛ nec vicini effecti ſũt dei. Propterea ⁊ diuinas ſcripturas abſqꝫ vllo timore ꝯtẽpſerãt ⁊ corrũpẽtes eas emẽda.

re ſe dicūt. Verū ne qui me putent falſa aduerſum eos ꝓferre palā eſt oībus noſcere: ſi quis vult exēplaria eoꝝ accipere ⁊ cū alijs nihilominꝰ eorū exēplaris conferre inueniet etiā inter ſe ipſa multum diſſonare: quia vnuſquiſqꝫ vt ſibi videtur emendat. Deniqꝫ aſclepiodoti non conueniunt omnino cū theodotis. Tum deinde etiā diſcipulis ipſorū ſi qui forte tranſcripſerunt qđ eis viſum eſt vel addere licuit vel offerre ⁊ omnibꝰ preſerūt habere ſe emendata magis autē inquinata exemplaria. Rurſum hermofili exēplaria non conſonant cum apollonidis. Sed nec ipſa quidē ſibiipſis cōcordant ſi priora cum poſterioribus conferas. Semper enim emendant: quibus ſemper diſplicet quod emēdant: et noua queqꝫ perquirunt cum eis que in vſu ſunt videbuntur aduerſa. Quid autē temeritatis habeat iſtud admiſſum neqꝫ ipſos arbitror ignorare. Aut enim non credunt diuino ſpū ſcripturas eſſe cōſcriptas ⁊ ſunt infideles aut ſemetipſos arbitrantur ſapiētiores eſſe ſpirituſancto. Et quid aliud indicat per hoc niſi ꝙ a demone agunt. Neqꝫ enim negare poſſunt factū ſuum quando quidem etiam manus eorum in ipſis exemplaribus teneātur ⁊ nouerint ipſi quod a magiſtris ſuis ⁊ doctoribus ſcripturaꝝ ſm̄ iſtud corruptele genꝰ etiā explanatiōis ſuſceperint itellectū. Quidam autem ex ipſis corrūpere iam ſcripturas dignati ſunt: ſed penitus abnegare legem ſcꝫ ⁊ prophetas: ⁊ obtentu impie huius aſſertionis in vltimū perditionis gurgitē deuoluti ſunt. De quibus hec ſufficiant hiſtorijs eſſe mandata.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipit liber ſextus.

¶ Capitulū primū. de martyrio leonidis patris origenis deqꝫ ipſo origene ⁊ eius preclaris geſtis.

ATcū ſeuer⁹ quoqꝫ ꝑſecutiōes agitaret eccleſijs preclara militibus. Xp̄i ꝓ pietate certamina martyrij gerebantur ꝑcipue tñ apud Alexandriā quo ex oī egypto ac Thebaide: velut ī quoddā ſtadiū pietatis athlete deducebant.

A ¶ Qui ꝓ ſuppliciorū mortiſqꝫ patiētia: conſequebātur a deo inmortalitatis coronas. In quibus ⁊ leonides origenes pater pro martyrio xp̄i capite plexus: tenere adhuc etatis ſupradictū puerū dereliquit. Quiqꝫ qualibus animis ex eo erga diuine legis ſtudia viguerit: non erit importunū paucis exponere. Precipue qz ⁊ apud quamplurimos opinio de eo celeberrima peruulgata eſt. Et ſi quidē velit ꝗs omnē vitā viri huius literarum tradere monimētis: certum eſt quia tāta ſunt de eo ac talia: que proprium de eo ⁊ opus reqrāt ⁊ otiū. Nos tñ in p̄nti quāta poſſumus breuitate inſeremus huic operi etiā que ad ip̄m ſpectant pauca de multis. Que vel ipſius ep̄lis ad nos vſqꝫ ſeruatis: vel ex aliorū hiſtorijs indicata cognouimus. Cuius geſta ſi res pateret etiam ex ipſis cunabulis digna mihi videntur poſteritatis memoria.

¶ Decimū nāqꝫ imperij agebat ſeuerus annū. Alexandrie vero per idē tp̄s oīqꝫ egypto ꝑſidebat letus: ep̄atū in ea poſt iulianum demetrius ſuſceperat. Cū ſupra modum accenſo perſecutionis incēdio: ⁊ multis ea tempeſtate martyrio coronatis: in tantum ardorem capeſcendi martyrij puerulus tunc adhuc origenes exarſerat: vt ſponte ſe periculis ingereret: ⁊ alijs in certamine poſitis preceps in medios rueret: ita vt inſectari ipſam mortē ⁊ rapere velle videret. Quā ⁊ adipiſci oībꝰ modis potuiſſet: niſi qđ diſpenſatione dn̄i ad vtilitatē multorum putatur pro totius eccleſie edificatione ſeruatus per ſollicitudinē matris que glorioſe mortis eius deſideria impediuit. Que cū primo maternis obſecrationibus ſupplicaret vt ſibi cōſuleret vt parceret matri: ⁊ ille ex his precibus inflammatior ad amorem martyrij redderetur: maxime ex eo ꝙ patrem iam teneri cognouiſſet in vinculis: ⁊ ipſe ꝓpere ſociꝰ effici vinculorū eiꝰ ac martyrij feſtinaret arte quadā m̄rni affectꝰ inhibet. Etenī cū maturare eū vellet ⁊ ante lucanū ꝓmpe ad agonū certamina ꝑcenſiſſet: noctu cubiculū filij dormiētis ingreſſa: oīa eiꝰ indumēta qbꝰ

procedi ad publicū poterat ſurata ſub-
traxerit: vt ꝑ hec domi reſidere neceſſita
te cogeret. Ille maternis impeditus do-
lis cū nihil aliud agere poſſet nec tamen
mens quieſcere pateret: audet aliquid
ſupꝫ etatē. Epl̄am ſcribit ad patrē ſe q̄dē
maternis artibꝰ detineri: ſed illum tene-
re debere quod cepit. Et addit etiā hec.
Uide pater ne propter nos aliud aliq̄d
velis. Hec ſunt prima puerilia Origenis
rudimenta. Hic ludus eius infantie: hec
a tenero religiōis ⁊ pietatis inditia. Ta
lis in eo erga deum caaluit affectus.
B ¶ Hinc iam lectioni ſe cepit diuinoꝝ
voluminū mācipare: ⁊ in eruditionibus
fidei diuine ſemetipſuꝫ haud ſegniter ex-
ercere. Q̄m quidā iam ⁊ apparēte in his
imbui ceperat: q̄ ei ſenſim iter ſeculares
libros q̄bus i prima etate erudiebatur:
etiā nr̄arū ſcripturarū nōnulla interi le-
gēda ſubijciebar. Tū deinde paulatim
etiā ꝓferre hec ſcholaribꝰ ſtudijs ꝯmone
bat. Iam inde etiā lectiones exigere per
dies ſingulos ⁊ memorie cōmēdare: pue
rū nō inuitū imo potiꝰ erga hec diſcēda
promptioreꝫ cogebat. Quippe q̄ legens
hec: non ſolo ſimplici intellectu videret
eſſe cōtentꝰ: ſed negotia patri deſcriptu-
re ſenſibꝰ ac queſtionibꝰ cōmoueret. In-
quirens ab eo quid ſibi videretur: ꝙ per
ſpiritū ſanctū ſcriptura dicit inſpirata:
vel quid diuini cōſilij tegat ſimplicitas
iſta verborum. At ille ſimulabat quideꝫ
increpare ſe cū ⁊ vetare vltra etatē ali-
quid querere. Apud ſemetipſum tamen
incredibiliter exultabat: oīpotenti deo
gratias referens; qui talis ſobolis eſſe
donauerit patrem. Deniꝗ frequēter di-
citur dormienti puero religioſus; ⁊ ſolli-
citus ſuperueniens pater operimentum
pectoris detraxiſſe: ⁊ velut dei ſpiritu in-
tus incluſo: pectus eius tanꝗ̄ templum
quoddam veneratus: ⁊ demulcens oſcu-
lis abſceſſiſſe: beatū ſemetipſuꝫ adeo eſſe
ctum ꝓ tante ꝓlis felicitate gratulatus.
Hec et multa his ſimilia in puerilitate
origenis extitiſſe memorantur. Ut vero
pater eius martyrio conſummatus eſt:
puer ipſe cū matre vidua: ⁊ ſex alijs par-
uulis fratribꝰ ſeptimūdecimū agēs eta-
tis annū in ſumma facultatum penuria
derelictus eſt. Q̄m quidem cēſus pater-
nus qui vel maximus fuerat fiſco per ꝓ-
ſcriptionem ſociatus eſt. Nec tamen ei
defuit omnipotentis dei prouidētia. Ob
inſigne namꝗ vel literarum vel religio-
nis ſtudium a quadā nobili ⁊ locupletiſ-
ſima femina perfamiliariter foueri ce-
pit. Que tamen Paulum quēdam antio
chie ortum: antique hereſeos famoſiſſi-
mum ſectatorem adoptiuum domui ſue
illo in tempore habebat. In quo adoleſcē
tulus Origenes cum neceſſitatem habe
ret apud predictam feminam vna dege
re: documentum iam inde a puero fideliſ
ſime ⁊ catholice ſue mentis oſtendit. Nā
cum ad ſupradictum virū velut ad ma-
giſtrum ⁊ ſummi nominis doctorem per
dies ſingulos immenſe multitudine con
uenirent nō ſolum hereticorum verum ⁊
ex noſtris multorum pro eo ꝙ eruditiōis
ei ſumma ab oībus crederet: nullo tamē
pacto vel pro honoris gratia: vel etiam
pro neceſſitate cōiunctionis flecti potuit
origenes: vt cum eo ſaltim in oratione cō
ſiſteret. Ita ei a prima etate eccleſiaſti
ce regule obſeruantia: honorabilis fuit:
et hereticorum ſocietas execrabilis. Si-
cut ipſe in quodam loco operis ſui ait:
quia hereticorum execranda doctrina
eſt: nec tamen deerat ei erga communes
literas ſtudium: in quibus pater eū eru
diendum tradiderat: ſed exercitabatur
et in his multo attentius: etiam poſt cō
ſummationem patris. In arte nāꝗ grā
matica ita fuerat inſtructus: vt ⁊ ad do
cendum plene ſufficeret: ⁊ ex hoc ei qua
ad neceſſitatem tranſigende domus vi-
debantur neceſſaria pararentur.

¶ Capitu. ij. adhuc de origene. A:

VErum cum pre-
eſſet auditoris ⁊ grammaticā
doceret ſicut ipſe in quibuſdā
ſcriptis ſuis refert ⁊ cū eccle
ſie apud Alexandriam magiſteriū deeſ-
ſet officiū: cūꝗ omnes deturbati ꝑſecuto
rū minis ⁊ ferocitatibus aufugiſſent ali-
quāti gentilium cōueniebant ad origē-
nem: tūc adhuc grāmaticā docētē: audi-
re ab eo verbū de noſtra fide ac religiōe
cupiētes. Quos ille non ſolum ad fidem

de perſidia conuertebat : verum etiam
perfecte vite inſtitutionibus infoꝛma=
bat. Quoꝛum pꝛimus extitit plutarchꝰ
qui per ipſum conuerſus ad fidem no=
ſtram non ſolum perfecte vite inſtituta
ſeruauit: verumetiam que eſt ſumma
beatitudinis:martyꝛij conſecutꝰ eſt pal=
mam. Secundus cum hoc fuit eraclas ⁊
natura plutarchi frater ⁊ meritis. Qui
cum ab eo non ſolum in fide noſtra atꝙ
ſcientia:ſed et vite puriozis inſtitutioni=
bus ad perfectum fuiſſet inſtructus. Ale
xandrine eccleſie pꝛeeſſet poſt demeritũ
ſubꝛogatus eſt. Sꝫ ea tempeſtate qua
aquila. Alexandrine atꝙ egypto pꝛeſi=
dente perſecutionem rabies increſcebat
octauumdecimum Oꝛigenes agebat eta
tis annũ: quo in tempoꝛe perfamoſiſſi=
mi apud omnes vel icredulos vel infide=
les domi foꝛiſꝙ nomen eius effectum eſt.
Pꝛecipue per id qđ ſanctos oẽs in confeſ
ſionis vinculis poſitos non ſolum ſermo=
ne et coboꝛtatione perfecte ſpiritualis
doctrine ad martyꝛium roboꝛabat: ve=
rum etiam multos ſuis officijs ac mini=
ſterijs e vinculoꝛum penis : et ſqualoꝛẽ
carceris ſubleuabat. Sepe deniꝙ etiam
ante tribunalia iudicum:⁊ in ipſis eoꝛũ
cruciatibꝰ aderat aduerſum ꝓphanas
interrogationes iudicum:affectu eis ac
mente cõpatiens vultuꝙ ⁊ nutibꝰ ſi dici
poteſt velut firmioꝛes eis rñſiões ſubij
cere geſtiẽs. Sed ⁊ cũ ſniam ſuſcepiſſent
eadem fiducia vtebaꝛ:oĩbus ſe periculis
inferens:nec trepidans perſecutoꝛibꝰ in
ſtantibus:extremis ꝗꝫ oculis martyꝛes
ſalutare: ita vt nonnunꝙ̃ pꝛo his etiam
impetus in eũ gentilium fieret. Sed diui
na dextera cũ admiratione oĩm ꝓſectus
euadebat. Uerum nec enumerari facile:
nec referre põt quoties ⁊ ꝙ̃ crebꝛo imo
ꝑ ſingulos pene dies:de quãtis eum et
qualibus periculis:dum erga pꝛedica=
tionem verbi dei impiger ⁊ pꝛomptꝰ eſt
eadem illa diuina dextera conſeruauit
quoties in inſidijs poſitos ꝗ eum clam
interimerẽt effugit. Et intm̃ aduerſuꝫ ſe
rũ in opꝰ dei pꝛomptus eſt infideliũ cõci
tauit inſaniam:vt turme militum diſpo=
ſite domo in qua commanere videbatur
obſederint:nec tñ eum capere aut tenere
potuerint:diuina pꝛotectiõe ſeruatum.
Tanta rabies contra eum mẽtes hoim
inceſſerat:ꝓ hoc ſolo ꝙ plurimos ꝑ eum
videbant ad fidem nr̃am ab increduli=
tate conuerti. Et intm̃ quotidie aduer=
ſus eũ perſecutio cumulabatur: vt tota
vrbs maxima alexandria eũ tegere non
poſſet:ſed de domo ad domuꝫ tranſiret:
et tñ vndiꝙ fugaretur:cum viderent ꝑ
loca ſingula multitudines plurimas ꝑ
eum ad fidem dei ſociari. Obtinebat aũt
hoc qꝛ non ſolum in verbo erat ei perfe=
cta doctrina:verũ etiam in opere cõſum
mate diſcipline ꝓbebat exempla. Et di=
cebatur ſicut aiunt de eo: qꝛ hic eſt qui
quale hꝫ verbum talem habet vitam et
qualem hꝫ vitam tale habet verbũ. Qm̃
que docet agit:⁊ que agit hec docet.
¶ Manifeſte aũt et euidenter aderat ei
diuina gratia:per quam innumeros ad
imitationem ſui in fideꝫ dei pꝛouocabat.
Unde et videns demetrius epiſcopus ꝙ
ad ipſum pꝛecipue doctrine gratia ⁊ ꝓdi
cationis verbi dei : multitudines pluri=
me conuolarent: et catezizandi ei: id eſt
docendi magiſterium in eccleſia tribuit.
Quod pꝛimus poſt apoſtolos apud ale=
xandriam panthenus : Secundus ꝑ oꝛ=
dinem. Clemens tertius adminiſtrauit
Oꝛigenes ipſius diſcipulus clementis:
qui clemens in opere Stromateo vbi
etiam tempoꝛa quibus libꝛos deſcribe=
bat:pꝛoemijs deſignauit:ad fineꝫ impe=
rij commodi pertendit. Unde certum eſt
ꝙ ſeueri tꝑa hec ipſa que nunc habemꝰ
in manibus continebat. Qua tempeſta=
te etiam iudas quidam alius ſcriptoꝛ
de ſeptimanis que in Daniele referun=
tur diſſeruit. Qui et ipſe decimum Se=
ueri imperatoꝛis annum regni comme=
moꝛat. Is etiam diuulgataꝫ antichꝛiſti
iam pꝛeſentiam iamꝙ exiſtimans immi=
nere ex perſecutionum nimietate: multo
rũ ex noſtris fidelium aios perturbauit.
Igitur oꝛigenes iniuncto ſibi a deme=
trio epiſcopo magiſterij officio: gramma
ticam ſcholam negligere cepit:magis ſe
verbo dei conferens. Utitur ſane etiam
conſilio non puerili. Bibliothecam gen=
tilium libꝛoꝛum tradidit cuidam fideli
amico pactus cum eo quatuoꝛ ſibi obo=

los ex eius precio per dies ſingulos inferri: quo ſcilicet ne grauis eſſet cuiꝗ in ſuſtentanda victus neceſſitate: nec congregatam pecuniam domi reſeruare videretur. Igitur in talibꝰ inſtitutis: plurimum temporis exigens: vita: moribus exercitijs per oīa xp̄ianus philoſophus habebatur. Cum ⁊ pro iuuenilibus cupiditatibus reprimendis: ⁊ pro ſapientie profectibus capeſcendis die noctuꝗ artioribus ſe abſtinentie conſtringeret frenis: ⁊ indeſinenter diuinorū librorum meditationibus inhereret. In abſtinentia plurima: in ieiunijs indeſinentibus: in vigilijs pene iugibus: ita vt ſi quando parum aliquid ſomni neceſſitas naturalis exigeret: hanc ille non ſupra ſtratum quo oīno nullo vtebatur: ſed ſupra nudi ſoli dependeret ſuperficiē. Nā oīa vero precepta euangelica ⁊ voces ſaluatoris ſummo amore ⁊ ſtudio implendas eſſe cenſebat: quibus precipitur duas tunicas non habendum: neqꝫ calciamētis vtendum: neqꝫ de craſtino cogitandum. Que ille ⁊ ſingula ſumma cum diligētia ł fide cōtendebat explere. Et ſupra vires atqꝫ etatem ſuā ſcḋm apoſtoli monita in frigore ⁊ nuditate agones patientie deſudabat. Ita cunctis auditoribus ſuis renunciandi oībus que poſſidebāt: et beate paupertatis prebebat exēpla. Erat igitur per hec carus omnibꝰ ⁊ acceptus. In hoc vno nonnullos offendens: ꝙ cupientes de facultatibus proprijs aliquid ſibi ſaltem victus gratia miniſtrare: pro diſtricta continentie diſciplina refutabat. Cum vtiqꝫ pro labore quo in verbo dei deſudabat non ſolum duplici ſm̄ apoſtolum: ſed et multiplici honore dignus ab oībus duceretur. Sꝫ ille honorem ſibi ſummū in continentia deputabat. Deniqꝫ ⁊ per multos annos traditur abſqꝫ omni calciamento nudis inceſſiſſe veſtigijs. Vini quoqꝫ vſum ceterorumqꝫ ſimilium: niſi ea ſola que vite neceſſitas depoſcebat: nullum penitꝰ habuit: vſqꝫ quo incōmodo ſtomachi imo iam pene periculo cogeret̄. Talibꝰ igit̄ vite atqꝫ inſtituti ſui exemplis informans eos quos a gētili vita ⁊ ſtulta philoſophia ad verā xp̄i philoſophiam ſapientiamqꝫ conuerterat: non ſolum in intimis anime archanis fidem habere docuit per hoc ꝙ geri ab eo videbant q̄ docebantur: verumetiā ad martyrij eos amorem: per ea quibus quotidiano roborabātur exercitio prouocabat. Ex quibus et multi comprehenſi in perſecutione palmam martyrij conſecuti ſunt.

Capitulū.iij. ꝙ e ſchola origenis multi martyres prodierunt.

IN his primus erat Plutarchus de quo ſuperius memorauimus. Quē cum vidiſſet populus ad mortem duci: et aſſiſtere ei origenem: qui hortatu ſuo ad magnanimitatē aīos eiꝰ erigeret velut mortis eiꝰ autorē diſcerpere eum pene ⁊ interficere vulgus irruerat niſi ex tunc ope diuine ꝓuidentie e furētium manibus fuiſſet ereptus. Poſt plutarchi martyrium ſecundus ex origenis diſcipulis martyr efficit̄ Serenus. Tertius ex eius nihilominus auditoribus Eraclides martyrio coronatur. Quartꝰ heros neofitus. Nam ſuperior ſerenus adhuc cathecuminꝰ conſummatus eſt. Quintꝰ eiuſdem ſchole martyr efficitur alius noīe Serenꝰ. Qui poſt multa ſupplicia ꝓ xp̄o etiam capite plexus tradit̄.

Capitulū.iiij. de pontamiana martyre origenis diſcipula.

SEd ⁊ mulieres plurime. In quibꝰ erat quedā cathecumina de qua ipſe in quodā loco ait: quod ignis baptiſmū conſecuta ſit. Sed ⁊ potamiana famoſiſſima feminarū ⁊ martyrum: ⁊ ipſe eius carnifex Baſilides. Etenī in noſtram vſqꝫ memoriā ab incolis loci: perennis virtutū potamianę fama celebratur: ꝙ immenſos ⁊ innumeros agones primo ꝓ virginitate ⁊ pudicitia deſudauerit. Deinde etiā pro martyrio exq̄ſita atqꝫ inaudita tormēta pertulerit. Atqꝫ ad vltimum vna cum venerabili matre marcella: ignis ſupplicijs ↄſummata ſit. Tradunt igit̄ aq̄lā: hoc enī erat tyrannici iudicis nomē: poſtea ꝙ crudelibus eā ſupplicijs lacerauit: ad vltimū ob iniu-

rlam ⁊ nobilitatis ei⁹ ⁊ caſtitatis cōmi-
natū eſſe potamiane: ꝙ eā vel crudeliſ-
ſimis gladiatoribus vel impudiciſſimis
lenonib⁹ traderet. At illā cū ab ea quid
mallet vel qd eligere q̄reret ꝓtuliſſe ad-
uerſum tyrannū vocē liberā: qui ob ſup-
ſtitionē romani ritus ſacrilega videret.
Et ideo ſine mora in eā illatā eſſe ſniaꝫ.
Cūqꝫ baſilides vn⁹ ex ijs qbus implere
ſpiculatoris officiū mos eſt ſuſceptā eaꝫ
deduceret ad ſupplicium: ac multitudo
impudicorū pariter ⁊ impiorū potamia-
ne: verbis ⁊ iniurijs conarent̄ illudere.
Baſilides abigere impudētius irruen-
tes ac deturbare cepit: humanitatis et
miſerationis obtentu. At illa religioſuꝫ
viri votū erga ſe ⁊ ꝓpoſitū humanitatis
amplexa: cert⁹ eſto (inqt) ꝙ cū abiero ad
dn̄m meū: ſine mora boni huius tibi re-
munerationem parabo. Poſt hec auteꝫ
verba ꝯſtāter ſuſcepit ſtatuta ſupplicia
picis calide paulatiꝫ per art⁹ ac mēbra
diffuſe. Et hoc mō btā virgo e terris mi-
grauit ad celū. Nō multis aūt poſt die-
bus Baſilides cum inter collegas ſuos
ob cauſam quādam iuramentū poſcere-
tur ait ſibi nō licere omnino iurare ꝓ eo
ꝙ eſſet xp̄ianus. Et hoc publice fatebat̄.
Ioco eſtimatus eſt primo dicere. Tum
deinde cū cōſtantius affirmaret pertra-
hitur ad tribunal. Ubi cū perſeueraſſet
in cōfeſſione vinculis traditur. Tū vero
viſitantibus eū noſtris: ⁊ cauſam ſubite
ac laudabilis huius permutationis in-
quirentibus dixiſſe tradit̄ ꝙ potamiana
poſt diē tertium martyrij ſui noctu aſſi-
ſtens coronā capiti ſuo impoſuerit: di-
cens deprecatā ſe pro ipſo dn̄m ⁊ impe-
traſſe. vt ſm qđ ſcriptū eſt: qꝛ qui recipit
martyrē mercedē martyris cōſequetur.
Quib⁹ auditis cōfeſtim fratres ſignū ei
dn̄icum tradunt: et die poſtera ob dn̄i
martyriū: capite punit̄. Sed ⁊ alijs plu-
ribus per illud tp̄s apud Alexandriam
cōdiſcipulis ſuis cū quibus verbo dei in
origenis ſchola operā dederat potamia-
na ſimile munus tradit̄ preſtitiſſe aſſi-
ſtens eis per viſum ⁊ coronas martyrij
impetratas a domino deferens: ſed de
his iſta ſufficiant.

¶ Cap. quintū ꝙ origenes ſe caſtrauit.

Igitur per idē
tempus cum docendi officio
apud Alexandriaꝫ preeſſet
Origenes: geſtū quid ab eo
traditur: qđ iuuenis ortaſſe ⁊ minus ꝑ-
fecti ſenſus videatur: ſꝫ perfecte fidei ac
nimie caſtitatis indicium continens. Il-
lud nāqꝫ quod ſcriptum eſt in euāgelio:
qꝛ ſunt eunuchi q̄ ſeipſos caſtrauerunt
ꝓpter regnum dei etiā ſm hiſtoriam im-
plendum credidit: non ſolum caſtitatis
obtentu verum quoniam perſecutionis
tempore tam in publico: q̄ꝫ in occulto ac
ſecreto: ⁊ tam viris q̄ꝫ feminis verbum
domini predicabat: videlicet: quo omnē
occaſionem turpis maledicti gratia in-
fidelibus videretur excludere: domini-
cam vocem re atqꝫ opere in ſemetipſo
aggreſſum eſt implere. Cunqꝫ id pro eo
ne ab hominibus laudem quereret: ſed
a deo mercedem ſperaret in occulto eſſe
voluiſſet: tamē latere nō potuit: ſed rei
geſte indicium ad Demetrium epiſcopū
peruenit. Iſqꝫ ingēti primo ſtupore am-
miratus eſt audacis animi virtutem.
Tum deinde collaudans fidei eius ma-
gnitudinē vel calorem: ⁊ tam grande in
opere dei propoſitum. Nūc maxime ait
cepto operi doctrine ⁊ predicationis in-
ſiſte: quādo aduerſarijs nulla obtrectā-
di ſuſpitio derelicta eſt. Sed tunc quidē
talis erat demetrij ſententia: cum nihil
animos inceſſerat quod recti iudicij re-
gulam in partem alteram declinaret.
Poſtea vero cum vidiſſet adoleſcentis
famam ſatis fieri claram: ⁊ magno eum
domi foriſqꝫ preconio extolli humane in-
bito inter ipſos pſecutores rabies q̃dam
belli ciuilis exarſit. Et dũ inter ſeditioni-
bus prelijſq̃ decreta interim nobis pau
lulũ licuit reſpirare. Sed nõ in lõgũ ve-
nia fuit. Cõtinuo nãq̃ꝫ crudeliſſima prin
cipiũ mittunt̃ edicta. Quib⁹ tãta aduer-
ſum nos ferebat̃ immanitas: vt ſcd̃m q̃d
predictum eſt a dño ſi fieri poſſet ſcanda
lizarentur etiam electi. Ex quo perter-
ritis pene oĩbus quidam ex ipſis nobi-
bus ſtatim ſe ſponte impijs actibus in-
geſſerunt. Alij conuenti tñmodo nõnulli
domeſticis ꝓditi ad ſacrificia execran-
da ⁊ ad immundas hoſtias properabãt.
Alij ex his pallentes ⁊ trementes vt ma
gis imolari ipſi q̃ immolare idolis vide-
rentur. Ita vt etiã ab inſpectãti vulgo re
derent̃: eo q̃ ⁊ ad moriendũ ⁊ ad ſacrificã
di iuxta meticuloſi videbantur. Alij ſa-
tis tã impudẽter ad aras ꝓſiliebãt: vt ⁊
affirmare niterent̃ ſe nũq̃ xp̃ianos fuiſ-
ſe. Hi erant de q̃bus p̃dixerat dñs. Q̃m
pecunias habentes difficile ſaluabũtur.
Ceteri vero aut iſtos ſeq̃bant̃ in p̃ceps
aut certe ꝯtēbant̃ in fugã. Ex q̃b⁹ nõnul
li p̃rehẽſi ⁊ i carcerẽ miſſi: alij ad p̃nam
ſtatim iudicis faciem negauerunt fidẽ.
Aliquanti paululum ſupplicijs tolera-
tis ad vltimum deciderunt.

C ¶ Hi vero q̃ beati effecti ſunt tãq̃ co
lumne fortiſſime dñi ipſius ſpũ confirma
ti ꝓ fidei ſue merito virtute a dño perce-
pta admiranda deo ⁊ angelis martyrij
ſui ſpectacula p̃buerunt. Quorũ primus
venerabilis iulian⁹ podagra contactus
ita vt neq̃ incedere: neq̃ ſtare poſſet cuꝫ
his q̃ eum in ſellula portabant offertur.
Quoꝝ vn⁹ q̃dem ſtatim negauit. Alius
vo nõie Eunus cum Juliano ſene in dñi
nr̃i ieſu xp̃i confeſſione pdurat. Qui q̃ iu-
bentur camelis impoſiti per oẽm circun
duci ciuitatem: ⁊ flagris hiſcinde verbe-
rãtibus pp̃lo ſpectante laniari vſq̃quo
finem vite in ipſis verberibus ponerent.
Sed vir q̃dam militaris cum aſſiſteret
et quoſdam volentes etiam mortuis il-
ludere cadaueribus ꝓhiberet clamor re
pente aduerſum eum totius vulgi extol-
litur. Offertur iudici fortiſſimus miles
iam dñi et nuſq̃ ſe inferior fact⁹ in cõfeſ
ſione pſiſtens capite ꝓprietate damnat̃.
Alius quidã vir nõis ſui macharius gẽ
te. Libicus cum multis verbis a iudice
ad negandum ſuaderetur: et eo maiore
cõſtantia fidem ſuã profiteret̃: viuus ad
vltimũ iubetur exuri. Epymachus quo-
q̃ atq̃ꝫ alexander cũ multo tp̃e: ⁊ in vincu
lis ⁊ in cruciatibus carceris torti etiam
frequenter ⁊ diuerſis ſupplicijs confecti
perduraſſent in fide ignibus ad poſtre-
mum cõſumi iubentur. Sed et mulieres
cum ipſis quatuor in quibus Ammona-
ria ſecta virgo aduerſum quam ſumma
contentione iudice perſiſtente et immen
ſis eam atq̃ exquiſitis cruciatibus affli
gente: eo maxime q̃ eius ſniam vincere
cupiebat: q̃ laudabili voce decreuerat
nihil ſe prorſus eorum que ſibi contra
fas imperabãtur acturam ſtatuti ſui te-
nax ad vltimum capite punitur. Secũda
vero fuit virgo mercuria nomine anus
venerabilis et fecundiſſima in filijs: ſed
quos nõ pretulit xp̃o dionyſia ⁊ alia am
monaria. Que dum nimia vtuntur con-
ſtantia apud iudicem et ille vinci erube
ſceret a feminis inauditis tormentorum
generibus toleratis finẽ omniũ ferro ce-

dente ſuſcipiũt. Heron quoq; et arſinꝰ et yſidorus egypti cum puerulo annorum xv. Dioſcoro iudici offeruntur. Et primo omniũ puerulũ Dioſcorꝰ tãq̃ ꝓ etate facilem flecti ante verbis poſt etiã verberibus agit. Que cum in nullo ſibi cedere videret ferocius eum cruciare cõtendit. Tunc deinde ceteros variis tormentis dilaniatos cum pari modo conſtantia fidei videret armatos tradi ignibus iubet. Dioſcorum vero puerum ꝙ ſibi conſtanter ⁊ ſapienter in oĩbus rñdiſſet admiratꝰ differri precipit ſperans eum pro etate plenitudinem geſturum qđ non tã tyranni miſeratione quam domini ꝓuidentia ita geſtum eſt. Nunc enim nobiſcum eſt dioſcorus adeo nobis cõceſſꝰ ad conſolationem ⁊ firmamentum pplĩ ſui. Nemeſius q̃ etiam ipſe Egyptius primo ꝑ calũniam quaſi latro delatus eſt. Qui crimine abluto poſt hoc ꝙ xp̃ianus eſſet defertur. In hoc vero nulla a iudice moderatio reſeruat̃. Sed geminatis ſupplicijs excruciatum cum latronibus iuſſit incendi. Ignorans ꝙ crudelitate ſua optimo martyrij ſaluatoris ſimilitudinem detulit: qui pro ſalute humani generis vna cum latronibus pertulit crucem. Turma autem quedam in vnũ conuenerat militum: inter q̃s amon: ⁊ zenõ et ptolomeus: ⁊ ingenius ⁊ grandeuus theophilus. Qui tribunalibus aſtantes cum q̃dam xp̃ianus a iudice torqueret̃: etiam pene ad negãdum declinaret dicꝫ prebent̃ intra ſemetipſos ⁊ vultu oculis ac nutibus velut erigere cubant̃ illum q̃ in ſupplicijs poſitus trepidabat interdũ etiam manus protendere ac totius reliq̃ corporis motibꝰ ⁊ habitu diuerſe inclinanti tanq̃ ſubleuare lapſantes aĩos geſtiebant. Cõuerſi vero ad eos oẽs ⁊ quid de ſemetipĩs ꝓfiterentur ex eorum motibus agnoſcentes prius pene q̃ in eos vulgꝰ clamoribus inſileret ipſi in mediũ ꝓrumpunt ac ſeſe xp̃ianos eſſe teſtãtur. Tunc vero certamine ex eorũ cõfidẽtia ꝑſecutoribꝰ terror noſtris cõſtãtia aĩa accreſcit dum hi q̃ ꝑ tormẽta vinci putabãt̃ ſpõſe cruciatibꝰ offerũt ⁊ ab his qđ illi ꝓ terroribus inferebant velut pro quadam ſpẽ voluptatis expetit̃ deo triũphãte ꝑ ſanctos ſuos. Sed nec Sexrionis opus memorabile fas eſt ſilẽtio preterire. Is nãq; cũ rem cuiuſdam potentis ſub mercede ꝓcuraret iubetur ab eo idolis immolare. Recuſans cogebatur iniurijs. Perſiſtens rurſum blanditijs mulcebatur. Cum vero vtrumq; contẽneret preacuta ſude validiſſima tranſuerberatus ꝑ media viſcera neci traditur. Qui vero memorem quante multitudines in deſertis ⁊ in montibus oberrantes fame: ſiti: frigore: langore latronibus beſtijſq; conſumpte ſunt. Qui omnes imitati electos dei ꝓphetas gl̃ia martyrij coronati ſunt. Deniq; et venerandus ſenex Ceremon ep̃s hic erat vrbis Egypti qui dr̃ Mylopolis cum ad arabicum montem vna cũ grandeua coniuge diſceſſiſſet nulli vltra apparuit. Et cum ad perquirendum eũ plurimi fratrum frequentiſſime proceſſiſſent ꝑſcrutatis oĩbus locis neq; ipſos vltra quiſq̃ nec corpora eorum potuit inuenire. Hec autem non fruſtra commemoraui frater chariſſime: ſꝫ vt ſcias quãta apud nos a ſanctis martyribus ad dei gloriam geſta ſint.

¶ Capitulum .xxxj. de lapſis poſt penitentiam recipiendis.

ET poſt pauca addit etiam hec dicens. Iſti igitur diuini martyres qui cũ chriſto in celeſtibus ſedent ⁊ regni eiꝰ participes ſunt atq; iudicij: qui cum ipſo de lapſis fratribꝰ iudicãt: iſti inq̃ ipſi ſuſceperunt lapſos ⁊ penitentiam conuerſionẽq; eorũ non reſpuerũt ſcientes ꝙ deus noſter cuius ipſi erant martyres: nõ vult oĩno mortem morientis: ſed cõuerſionem eiꝰ ⁊ penitẽtiã querit. Si ergo iſti receperũt quoſdam ⁊ in eccleſia ſtatuerunt in oratiõe queq; eis ⁊ in cibo cõmunicauerunt q̃d nos vultis facere fratres. Quid nobis agẽdum putatis. Nonne ſequi nos eorũ ſententias ⁊ iudicium cõuenit atq; erga eos quos illi miſerati ſunt non exiſtere crudeles ⁊ truces. Non puto expediat nobis ſentẽtias eorum in irritum reuocare miſerationes infringere benefacta turbare et recte religioſeq; inſtituta violare.

¶ Capitulum.xxxij.de nouato heretico ⁊ hereſi ſua ⁊ conditione ipſius.

HEc dionyſius de lapſis faciens ſermonem. Quo tp̄e nouatus romane eccleſie p̄ſbyter elatiōe quadam tumidus ſpem penitus eis ſalutis adimebat etiā ſi digne penituiſſent. Ex quo ⁊ princeps hereſeos extitit nouatianorū. Qui ab eccleſia ſeparati ſuperbo nōie ſemetipſos catharos ideſt mūdos appellarunt. Ob quā rē conſiliū ſacerdotale celeberrimum in vrbe Roma cōgregatū eſt. Ep̄orum quidē ſexaginta numero. Preſbyterorꝫ quoqꝫ totidē cū diaconis plurimis. Preterea etiā p ſingulas quaſqꝫ prouincias de hac re magna deliberatiōe habita decretis ſignificat̃ quid facto opus eſſet. Statuitur ergo Nouatū quidem cū his qui eū mentis elatione tumidū ſequerent̃. quiqꝫ ad inhumanā iſtam ⁊ nihil fraterne charitatis ſeruantem ſniam declinarent alienos eſſe ab eccleſia: Eos vero qui lapſi in certamine fuerāt fraterna miſeratione curandos: ⁊ fomētis penitentie medicandos. Scribit de hac re et Cornelius vrbis rome ep̄s ad eccleſiā antiochenā indicans. Fabiano eius ep̄o quid ſtatuerit in vrbe Roma concilium congregatū quid etiā Italis: Affris: ceteriſqꝫ occidētalibus viſum ſit. Cyprianus vero de his librū magnificentiſſime ſcriptū edidit in quo ⁊ lapſos ad penitentiā cohortandos: ⁊ cōtradicentes alienos eſſe ad chriſti viſceribus ſtatuit. Extat autem ⁊ alia epiſtola corneli ad tabianū antiochie epiſcopum ſcripta edocens ſingula queqꝫ de nouato quis qualiſqꝫ fuerit vel vita vel moribꝰ: ⁊ quomodo ab eccleſia chriſti declinauerit. In qua refert qđ ex ep̄atus cupiditate quā intra ſe latenter gerebat in hec oīa mala deciderit. Ex eo autem maxime elatus ſit qđ quoſdā de cōfeſſoribus viros optimos inter ipſa initia ſibi ſocios aſſumpſerit. In quibus fuit maximus quidā preſbyter romane eccleſie ⁊ vrbanus qui ſcđo confeſſores extiterāt. Sed ⁊ ſidonius ⁊ celerinꝰ qui valde clari in cōfeſſoribus habebantur: eo ꝙ omnia tormentorū genera ſuperauerant. Sed iſti (inquit) cū diligentius perſpexiſſent agere eū cuncta fraudibꝰ ⁊ dolis mendacijs atqꝫ periurijs: ⁊ quia bonitatē ad hoc ſolū ſimularet vt deciperet ignorantes relicto eo vel potius execratio ad eccleſiam cū magna ſatiſfactione reuerterūt: et preſentibus ep̄is ac preſbyteris: ſed et laicis viris primo quidē errorem ſuum tum deinde ⁊ illius fraudes ac fallacias confitentur. Addit preterea etiā hec epiſtola: ꝙ cū ſemper fratribus iurare ſolitus ſit epiſcopatuꝫ ſe omnino nō cupere ſubito ⁊ ex improuiſo: velut nouum plaſma epiſcopꝰ apparuit. Scilicet qui diſciplinam ⁊ inſtituta eccleſiaſtica vindicabat epiſcopatū quē non adeo acceperat preſumebat. Tribus namqꝫ epiſcopis ſimpliciſſimis hominibus ⁊ omnium ignaris de romana italie parte adhibitis imo potius ſubtili ab eo circūuentione deceptis imaginariam magis q̄ legitimam ab eis extorquet manus impoſitionem. Ex quibus tamen vnus continuo ad eccleſiam redit confeſſus peccatū ſuū ⁊ in cōmunionem laicā populo etiā pro hoc interueniente ſuſceptus eſt. In locū vero reliquorum duorū qui nouato manus impoſuerunt ordinati ſunt alij ep̄i ⁊ miſſi. Is ergo qui euangeliū vendicabat neſciebat in eccleſia catholica vnum ep̄m eſſe debere vbi videbat eſſe p̄ſbyteros.xlvi. diaconos.vij. Subdiaconos.vij.acolitos.xlij. Exorciſtas ⁊ lectores cum hiſtoriarijs.lij. Uiduas cum indulgentibus mille quingentas: quos oēs deus alit in eccleſia ſua. Addit aūt etiam hoc quod idē ipſe nouatus in iuuentute ſpū immundo vexatus ſit. Et cum tempus aliquātū ꝯſumpſiſſet apud exorciſtas egritudinem incurrerit grauē ita vt deſperaret̃. Et ꝙ iacens in lecto ꝓ neceſſitate perfuſus ſit nec reliqua in eo q̄ baptiſmum ſubſequi ſolent ſolēniter adimpleta ſint: nec ſignaculo criſmatis conſummatus ſit. Unde nec ſpiritum ſanctum vnqꝫ potuerit ꝓmereri. Deniqꝫ inquit cū priuata quadam gratia diligeretur ab epiſcopo: ⁊ vellet eum ordinare preſbyterum clerus vero oīs et quamplu-

rimi ex laicis ꝓhiberēt dicentes nō lice=
re clericū fieri eū qui in neceſſitate poſi=
tus in lecto grām conſecutus ſit epm̄ ab
oībus ſpecialē gratiā popoſciſſe vt ſibi
de hoc vno iſto concederet. Scribit etiā
de ipſo ꝙ perſecutionis tempore cum in
cellula quadam lateret et a diaconis v=
motus eſt ſubuenire in exitu catecumi=
nis rogaret: timēs ꝓcedere denegauit
ſe eſſe preſbyterū. Et ꝙ ſacramenta di=
uidens populis accipiētium manus te=
neret nec prius p̄mitteret ſumere ꝗ̄ ſibi
per ea q̄ vnuſquiſ⁊ tenebat in manib⁹
iuraret ꝙ nunq̄ ſe relicto ad cornelium
remearet. Hec ⁊ multa alia huiuſmodi.
Cornelius de vita moribus ac prophe=
tanis eius actibus ſcribit.

¶ Cap. xxxiij. de ſerapione aliquando a
fide lapſo digna memorie hiſtoria.

Dionyſius ve
ro de hoc reſcribenda ſu=
pradictū Fabianū interit
etiā quādam hiſtoriā di=
gnā memoria dicens. Se
rapionē quēdā fuiſſe apud alexādriam
vnū ex his qui lapſi ſunt eodē⁊ ſepe de=
precatū vt ſuſciperet nec tm̄ impetraſſe.
Oppreſſum deinde hunc eſſe egritudine
ita vt triduo iam ſine voce prorſus iace=
ret. Paululū vero quarta die reſpirātē
vocaſſe ad ſe filiā ſuā ⁊ dixiſſe. Quouſ⁊
me detinetis. Queſo vos cito aliq̄s pre=
ſbyterum roget vt poſſim aliquando di=
mitti. Et cum hoc dixiſſet rurſum ſine
voce ꝑmanſit. Abijt curſu puer ad preſ=
byterum noctis tempore: infirmabatur
preſbyter. venire nō potuit. Tamen q̄r
p̄ceptū fuerat a me vt lapſis in exitu ne=
mo reconciliationis ſolatia denegaret
⁊ maxime his quos prius id rogaſſe cō=
ſtaret parum euchariſtie puero dedit
qui ad ſe venerat. Quod infuſum iuſſit
ſeni preberi. Regrediente adhuc puero
anteq̄ ingrederet domum rurſus Se=
rapion reſpiciens rediſti inquit fili. Et
licet preſbyter venire non potuit. tu tm̄
imple quod tibi preceptū eſt vt poſſim
deſcedere. Cum⁊ eſſet completa ſolēni=
tas velut cathenis q̄buſdam vinculiſ⁊
diruptis: letiorē iā ſpiritū reddidit. Ex
quo inquit cōſtat certiſſime huius boni
auxilio nullū debere fraudari. Scribit
etiā ipſi nauato dionyſius epiſtolā cui⁹
exēplum inſerere his dignū putaui.

¶ Cap. xxxiiij. Dionyſij Alexandrini ad
nouatū per breuis ⁊ magnifica epiſtola
ſimul ⁊ de ceteris eius ſcriptis.

Dionyſius no
uato fratri ſalutē. Si inui
tus (vt ais) in hoc veniſti
oſtēdēs in eo ſi deſinas vo=
lens. Oportuerat q̄dē etiā
pati oīa ne ſcinderet eccl̄ia dei. Et erat
nō inferior gloria ſuſtinere martyrium
ꝓ eo ne ſcindat eccleſia ꝗ̄ eſt illa ne ido
lis immoletur. Imo ſm̄ meā ſniam ma=
ius hoc puto eſſe martyrium. Ibi nam⁊
vnuſquiſ⁊ ꝓ ſua tantū aīa. In hoc vero
ꝓ omni eccleſia martyriū ſuſtinet. Sed
nunc ſiue tu ſuadere ſiue etiā cogere po
tes fratres redire ad concordiā maius
tibi erit emendationis meritum ꝗ̄ fue=
rat culpa ꝯmiſſi. Q̄r illuc iam non impu=
tabitur: hoc etiam laudi dignum duce=
tur. Si vero illi incredulitate permāſe=
rint ſaluās ſalua animā tuam. Uale: pa
cem deſiderans quā tibi imprecor. Hec
eadem etiam nouatiano ſcripſit. dedit
ad egyptios epiſtolam de lapſorum pe=
nitentia: in qua ⁊ regulas eis ſtatuit pe
nitendi. Sed ⁊ multa alia probatiſſima
feruntur ſcripta dionyſij. Scribit de pe=
nitentia ⁊ cohortatoriū libellū de marty
rio ad originē. Ad laodicenſes ⁊ armen=
tos de penitētia ad cornelium quo⁊ vr=
bis Rome epiſcopum plurima ſcribit.
In quibus etiā hoc indicat inuitatum
ſe a multis epīs: id eſt ab heleno tarſo
cilicie ⁊ firmiliano capadocie. et theoti=
ſto paleſtine vt ad ſynodū antiochiam
pergat ꝙ ibi nouati dogmata q̄dā aſſe=
rere conarent. Et addit ꝙ ⁊ fabiano an
tiocheno epiſcopo defuncto demetria=
nus in epiſcopatu ſucceſſerit. Sed et de
hieroſolymorum epō his verbis ſcribit.
Ammirabilis autem vir inquit alexan=
der in carcere poſitus beato fine preceſ=
ſit ad dn̄m. Eſt et alia ipſius dionyſij
epiſtola ad romanos ſcripta de miniſte=
rijs. Et alia item ad ipſos de pace et de
penitentia

penitentia. Et ad quoſdã cõfeſſores qui adhuc in vrbe Roma nouatũ ſequebantur. Et rurſum ad coſdem poſtea ꝙ ad eccleſiam conuerſi ſunt duas epiſtolas ſcribit. Sed ⁊ ad multos alios varia ac diuerſa ſcribens ſtudioſis quibuſqꝫ inſtructionum et doctrine copioſiſſimam materiam dereliquit.

Explicit liber ſextus.

Incipit liber ſeptimus.

Cap.j. de morte decij ⁊ origenis deqꝫ initio perſecutionis galli.

SEptimũ nobis eccleſiaſtice hiſtorie librũ ſcriptorũ ſuorũ cudat elogijs nobiliſſim⁹ patrũ ⁊ clarus in epiſtolis dionyſius. Qui poſtea ꝙ decius nõ totis duobus annis principatu romani apicis miniſtrato cũ filijs pariter interẽptus eſt et gallus ſuſcepit imperiũ. (Quo tp̃e etiã origenes ſeptuageſimo etatis anno ad integrum expleto defunctus eſt.) Scribens hermammoni cuidã de gallo hec refert. At ne gallus inquit malum decij aut videre potuit aut cauere: ſꝫ in eadẽ lapide offenſionis impegit. Cuius regnũ cũ floreret initio ⁊ cũcta ei ex ſnĩa cederent. ſanctos viros qui pro pace regni eius deo ſummo ſupplicabant perſecutus eſt: cum quibus ⁊ proſperitatem ſuã parit effugauit ⁊ pacem.

Capitu.ij. de cypriano qui cenſuit hereticos rebaptizandos.

IN vrbe roma cornelio ep̃atu gerente ⁊ apud cartaginem cypriano: ambobus fide et virtute pietate preſtantib⁹ queſtio exorta eſt in affrice magis parti bus ſi oporteret hereticos rebaptizari. Cũqꝫ id a cypriano ⁊ ceteris pene omnibus per affricam ſacerdotib⁹ oporteret fieri decernerẽt: Cornelius et ceteri oẽs per italiam ſacerdotes hmõi decretum manente ſacerdotali concordia refutarunt ſtatuentes antiquitus a patribus ſuper hoc traditã regulã debere ſeruari. Que cõtinebat poſt abiectionẽ praui ⁊ confeſſionem recti dogmatis ſola cos manus impoſitione purgandos.

Cap.iij. de ꝯcordia eccleſiarũ orientis ſuper reiteratione baptiſmi.

SEd poſt cornelij cõſummationẽ qui tribus circiter annis ſacerdotio functus eſt: ep̃atus ſedẽ luci⁹ ſuſcepit. Cui octo ſolis mẽſibus ſacerdotio amminiſtrato ſtephan⁹ ſuccedit. Quiqꝫ ſimilẽ cornelio de nõ rebaptizando ſententiã tulit. Ad quẽ dionyſius multa et ſepe ſcripta dixerit de multis eccleſiaſticis differẽs cauſis. In quibus inter cetera etiaꝫ hoc indicat ꝙ oẽs eccleſie abiecta nouati preſumptiõe pacẽ inter ſe inuicẽ ſeruẽt. Scribit ergo de hoc his verbis. Scito auteꝫ frater oẽs eccleſias in oriente que prius conturbabãtur nunc rediſſe in concordiam ⁊ oẽs ſimul vnanimiter cohere re: gaudẽtes et exultantes de pace que vltra ſpem eccleſie reddita eſt. Id eſt demetrianũ apud antiochiã: ⁊ in theotiſtum apud ceſaream mazabanẽ in hieroſolymis dormiente in pace alexandro maximuꝫ apud tyrum helio dorum apud laodiciam helenũ in tarſo firmilianum in capadocia. Uerũ ne ſermo epiſtole longior fieret nobiliũ tantũmodo vrbium tibi epiſcopos indicaui: vt etiã ceteros cũ ipſis pariter vnũ ſentire non dubites per vniuerſam ſyriam vel arabiam. Sed et hi quibus nũc ſcripſiſtis meſopotamie ep̃i idem ſapiunt. Ponti quoqꝫ et bithinie omnes pariter vnanimes ⁊ concordes ⁊ multa ſibijnuicem charitate connexi glorificant dominum noſtrũ. Hec dionyſius ſcribit.

Cap.iiij. que ſixto ſcripſerit dionyſius ſuper baptiſmate.

STephano vero duobus annis impleto ſacerdotio Rome ſixtus ſucceſſit. Ad quem ſcribit nihilominus dionyſius de baptiſmate cõmemorans qđ ſtephanus quidẽ deceſſor ſuus ſcribẽs ad firmilianũ ⁊ helenũ ceteroſqꝫ illarũ partiũ ep̃os ſtatuerit nec cõicãdũ eſſe his q̃ rebaptizãt: ſed debere cõſide=

rari magnitudinẽ rei:q2 nõ q̃cũq3: ſed ꝑ
magni ⁊ nobiles in ep̃is viri ſint quibus
hoc viſum ſit. Dicit etiã ꝙ ſuper hoc ſcri
pſerit plenius ad dionyſiũ ac filomenẽ
p̃ſbyteros vrbis rome. Indicauit autez
pariter etiã de ſabellij hereſi q̃ tꝑib⁹ ip̃i⁹
exorta ſit ſcribens hec.

¶ Cap̃.v. de hereſi ſabellij.

QUid autẽ dicaz
de ea doctrina q̃ apud ptolo-
maidã pentapoleos ciuitatẽ
nuꝑ exorta eſt plena blaſphe
mijs in dñm patrẽ ⁊ in dñm nr̃m ieſum
xp̃m negãs hũc eẽ eũ filiũ p̃ris: nec p̃moge
nitum oĩs creature. Sil'r ⁊ ſcti ſpũs auſe
rẽs intellectũ. Pro q̃b⁹ cũ vtreq3 ꝑtes ad
me veniſſent ⁊ p̃ñtib⁹ fratrib⁹ q̃ cõmota
fuerãt diſcuſſiſſent etiã lr̃is ꝓut deus de
dit ꝑuitati mee ꝓſecut⁹ ſum ⁊ ſcripſi ſin-
gula queq3 diligẽter exponẽs quoꝝ tibi
exemplaria trãſmiſi. Sz ⁊ in tertio libro
de baptiſmo quẽ ſcribit ad philomenem
p̃ſbyteꝝ vrbis rome etiã hec ɔmemorat.

¶ Cap̃.vi. de viſiõe q̃ dionyſio apparuit
ſuꝑ lectiõe librorum hereticorum.

EGo inquit tra
ctatus hereticorũ lego ⁊ tra-
ditiones coꝝ perſcrutor etiã
ſi videar ad horã verbis coꝝ
pollui. Sed multum mihi cõfert hoc ip̃m
ꝙ ex ip̃oꝝ verbis arguere eos poſſum.
Deniq3 cum aliquis ex fratribus cũ p̃re
ſbyteris prohiberet me ne heretica le-
ctione tanq̃3 ceni alicuius fetore pollue
rer viſio mihi quedam a deo oſtenditur
que me cõfirmaret: ⁊ ſermo ad me fact⁹
eſt hec mihi euidenter proloquens: lege
oĩa q̃cũq3 in manus tuas venerint q2 ꝓ
bare ſingula q̃q3 ⁊ diſcernere potes q̃n-
quidẽ ⁊ ex litio hec tibi fuit cauſa creden
di amplexus ſum viſionẽ q2 ⁊ ap̃lico ſen
tẽtie cõcordabat dicẽti oĩa legite que bo
na ſunt tenete. In ip̃o quoq3 libello com-
memorat: nõ tũc p̃mũ ſꝫ in affrica de he-
reticis rebaptizandis ab ep̃is decretuz
eſſe: ſꝫ antea iã in nõnullis eccleſijs ⁊ cõ-
cilijs ep̃orum velut in iconio: atq3 alijs
locis de hoc fuiſſe tractatum.

¶ Cap̃.vij. adhuc de nouati impietate.

SCribit adhuc
et in quarto de baptiſmate
lib. ad dionyſiũ vrbis rome
p̃ſbyterũ plurima de nouati
impietate ɔmemorãs. In quinto ſ'o lib.
ad ſixtũ vrbis rome ep̃m ſcribẽs aduer-
ſum ſupradictã hereſim q̃dã diſſerẽs ꝫ
tale aliq̃d accidiſſe ɔmemorat his v'bis.
Uere aũt fr̃ ɔſiliũ ꝑto ⁊ requiro ſn̄iam q̃d
tibi videat' i ea: cã q̃ in eccl'ia nr̃a exorta
eſt vereor eñi ne forte fallar in aliquo.

¶ Cap̃.viij. baptiſma nõ eẽ iterãdũ oſtẽ
dit' per hiſtoriã memoratu digniſſimã.

ERat apd̃ nos
frater q̃dã fidelis antiquit⁹
aũ etiã quoq3 ego ep̃s ordi-
narer imo et anteq̃3 deceſſor
meus eraclas q̃ cũ intereſſet his q̃ bapti
zabant' ⁊ audiret: vel q̃d interrogentur
vel q̃d reſpõdeãt. Flens acceſſit ad me:
⁊ procidẽs ad pedes meos cõfiteri cepit
baptiſma ab hereticis aliter ſe ſuſcepiſ-
ſe. Q̃d tñ ſcd̃m ea que nũc videret a no-
bis miniſtrari nec baptiſma duceret eo
ꝙ eſſet repleta blaſphemijs oĩs illa cõ-
feſſio. Similiter ⁊ hoc addebat ſe intm̃ ꝑ
hoc errore ſtimulari: vt ne oculos qui-
dem ad deũ auderet erigere. Propter ꝙ
exorabat mũdari ſe ⁊ purificari eccleſia
ſtico baptiſmate vt et gratiam cõſequi
poſſet ſpũſſancti. Q̃d ego facere auſus
non fui: ſed dixi poſſe ei ſufficere tã mul-
ti tꝑis cõmunionẽ quã in eccleſia conſe-
cutus eſt ꝑ hoc q̃d a nobis eucha-riſtie
ſuſcipiens donũ reſponderet tñ: ex quo
⁊ ꝑ ſingula potuiſſe ⁊ ipſa ſacramentorũ
virtute purgari. Cohortabar' igit' eũ de
bere cõfidere fidei ſue et cõſcientie iam
purgate ⁊ ante oĩa ꝙ tãdiu in ſacramẽ-
tis nobis iam particeps fuerit. Sed ille
neq3 a luctu ceſſat ⁊ lachrymis: neq3 vl-
tra ad mẽſam dñicam audet accedere:
ita vt vix a nobis cohortatus et cõpul-
ſus orationi audeat itereſſe. Hec ⁊ mul-
ta alia de huiuſcemodi queſtionib⁹ per
diuerſos libros ſuos dionyſius ſcribit.

¶ Cap̃.ix. de valeriano q̃ primũ cũ eſſet
hũaniſſimus poſtea a p̃ceptore deprauatus xp̃ianos dure perſequitur.

NAllus vero nõ integris duobꝰ annis imperio detẽto rebus humanis exẽptus eſt. Poſt quẽ valerianꝰ cũ filio balieſo ſuſcepit principatũ. De q̃ dionyſiꝰ ſcribẽs iterũ ad hermãmonẽ hoc mõ refert. Sedet Joãni ſr̃r reuelatũ eſt vt diceret. Et datũ eſt inquit ei os loquens magna et blaſphemias. Et data eſt ei poteſtas ꝑ menſes. xl. ⁊ duos. Utraqꝫ aũt complentur in Ualeriano. Uere enim mirandũ eſt q̃ũo ſupra ceteros q̃ ante ſe fuerũt hic ⁊ humanus et benignꝰ extitit erga famulos dei. Jta vt in initijs multo etiaꝫ illis benignior videretur q̃ noĩe ſaltim xp̃iani dicebantur. Jntantũ venerabat̃ ſeruos dñi: ⁊ omnis eiꝰ domus erat eccleſia dei. Deprauatus eſt aũt ⁊ a veritate deiectꝰ per quendã doctorẽ peſſimũ magiſtrum ⁊ principem egyptioꝝ magorum. vt iuſtos ⁊ ſanctos viros ꝑſequi ⁊ interim iuberet. tanq̃ q̃ aduerſarent̃ magicis artibus q̃bus ſe ip̃e ſubdiderat. Erãt enim reuera ⁊ ſunt etiã nunc qui poſſint virtute meritoꝝ ſuoruꝫ reſtringere fallacias demonum. Nam ille vt impuros ritus ⁊ execranda myſteria ác ſacra inceſta conficeret pueros impubes iugulari iubebat ⁊ orbari liberis patres atqꝫ in teneris viſceribus humanas rimari per piaculum fibras et vocem illic querebat vbi fugauerat vitam. Sed et multa alia huiuſcemodi de valeriani piaculis memorãs addit etiã hoc q̃d ipſe a barbaris captus ⁊ luminibꝰ orbatus filios ſceleris et impuritatis ſue reliquerit ſucceſſores.

¶ Cap. x. Q̃ta dionyſius ſub valeriano perpeſſus ſit.

IPſe vero dionyſiꝰ q̃ta ĩ eiꝰ ꝑſecutiõe ꝑtulerit ⁊ q̃bꝰ affectꝰ ſit cruciatibus ꝓp nomẽ dei ſcribẽs ad quẽdã germanum ep̃m q̃ q̃ſi obtrectator eiꝰ eſſe videbat̃ refert vbi ⁊ acta ꝯfeſſiõis ſue ĩſeruit apud emilianũ p̃ſidẽ geſta. Jn q̃bꝰ cũ dionyſiꝰ vnũ ſolũ dñꝫ q̃ celũ feciſſet ⁊ terram diceret adorandũ ceteros aũt neqꝫ eſſe deos neqꝫ adorari debere: in caſtrũ q̃ddã deſerti q̃d ceſro appellat̃ ĩ exiliũ trudit̃ ob hoc ꝑcipue electũ ꝙ loci incole gentiles erãt idoloꝝ ſupſtitionibus ſatis dediti. Quiqꝫ exulẽ dionyſiũ primo hoſtili aĩo ⁊ ſatis aduerſa mẽte ſuſcipiũt. Poſt vero cũ paulatim ꝑ dñi grãm verbũ dei his ſeminare cepiſſet pars maxima trucis ⁊ barbari pp̃li relictis idolis conuerſa eſt ad dñm verũ xp̃oqꝫ ſubiecta. Quo comperto rurſus eũ ad aliũ locũ vicinũ q̃dẽ Alexãdrie ſed incolis deſertuꝫ ac pene habitatoribꝰ vacuũ trãſtulerũt. Sꝫ et ibi cũ pro vrbis vicinitate noſtrorũ pp̃li eũ frequẽtarẽt ⁊ tãq̃ odore paſtoris recepto grex letior ⁊ conſtãtior agonibus redderetur: rurſum miſſis cũ centuriõe militaribꝰ viris ip̃m dionyſiũ ⁊ cũ eo gaiũ ⁊ petrũ cathenis ꝯſtrictos; et diuerſis cruciatibus afflictos in deſertã q̃ddã libie ꝑtraxerũt: Jbiqꝫ eos in loco ſqualidiſſimo ⁊ oĩ vſu humanitatis carẽte a paretonio trium dierũ itinere in deſertũ ꝓtẽto nexos vinculis reliquerũt. Hec ĩ diuerſis ſuis ep̃lis ſupradictꝰ vir ſcripta dereliq̃t. Jn quibꝰ memorat etiã maximũ preſbyterũ ⁊ dioſcoꝝ. Demetriũqꝫ ⁊ luciũ necnon ⁊ fauſtinum atqꝫ aquilã ſatis claros ⁊ ĩſignes titulo ꝯfeſſionis effectos. Sed ⁊ ex diaconibus quoſdã in inſula poſt penas confeſſionis eſſe defunctos. Supfuiſſe vero ex his fauſtũ ⁊ euſebiũ. Quibus etiã refert tm̃ fiducie ⁊ magnanimitatis per dei grãm datũ: vt cũ ad eos q̃ in carcere tenebant̃ fratres: nemo ꝓrſus hũanitatis ⁊ myſterij cã ꝑmitteret̃ accedere: iſti tñ inde ſincẽter ⁊ reuiſerẽt ⁊ neceſſaria miniſtrarẽt. Et cũ ꝑ dies ſingulos preſidis furor creſceret: iugulãdos alios: alios ſupplicijs ⁊ diuerſis cruciatuũ generibꝰ affligẽdos ſqualore carceris ⁊ catenarũ põderibꝰ enecandos: ⁊ ſup oĩa ꝑcipiendo: ne q̃s ad eos prorſus accederet: vt ex ledia quaſi aliud tormẽti genꝰ adhiberet̃. Cõceſſit tamẽ deus ſupradictis diaconibus gratiã cõfeſſoribꝰ ſuis ꝓuidẽs vt inuitis oĩbus iſtis tamẽ nõ negaret̃ ingreſſus. Sciendum tñ eſt ꝙ hic euſebius quem diaconũ ſupradiximus poſtmodum ep̃s apud laodiciam Syrie ordinatus eſt. Maximus vo quẽ p̃ſbyterũ memoraui.

mus ipſi dionyſio apud Alexandriā ſuc=
ceſſit in epiſcopatu. Fauſtus aūt qui cuꝫ
ipſis tunc cōfeſſor enituit vſqꝫ ad perſecu
tionem q̄ noſtris tp̄ibꝰ acta eſt: grādeuꝰ
⁊ plenus dieꝝ perdurans perfecto mar
tyrio obtrūcatione capitis cōſummatus
eſt. Hec a dionyſio certiſſima fide memo
rantur.

Cap. xj. de perſecutione valeriani
apud ceſaream paleſtine.

IGitur in vale-
riani perſecutionibus apud
ceſaream paleſtine multa a
diuerſis martyria conſumma
ta ſunt. In quibus tres quidā admirādi
adoleſcentes: quoꝝ vnus priſcus: alius
malcus: tertius Alexāder vocabat̄. Cuꝫ
in ſuburbano agello ſupradicte vrbis
habitarēt: diuino fidei calore ſuccenſi. ce
perunt ſemetipſos ſegnitie atqꝫ ignauie
incuſare: ꝙ cum celeſtes in vrbe marty=
riꝫ ꝓponerentur corone: ipſi non deſide=
rarēt: nō raperent cūqꝫ dn̄s ⁊ ſaluator re
gnum celorū violenter diripi debere te=
ſtatus ſit: ipſi inglorios: et deſides ani=
mos humi gererent. His igitur ſemeti=
pſos alloquijs incitātes vrbē petunt: et
adorto iudice truculento: cur tm̄ in ſan=
guinem piorum deſeruiret incuſant. Ille
continuo nobiles animos iuuenū quam
dignis remunerat affatibꝰ deuorandi in
quit beſtijs ſubigant̄: quibus nō placet
pioꝝ ſanguinē fundi. Sed ⁊ mulier que=
dam ſupradictorum iuuenum ſecuta ſer
tur audacie ⁊ magnaminitatis exemplū
ſimilemqꝫ ſortitur exitum pene. Quam
tamen de Martionis ſchola fuiſſe loque
bantur.

Capitulum. xij. de eodem.

MArinuꝫ quoqꝫ
virum militarē: hieroſolymo
rū ciuē honore ⁊ diuitijs cla=
rū cū ſupradicta vrbe inter
collegas ſuos per ordinē gradus ſui ho
nor quidā contingeret militaris. vt fie=
ri ſolet iſequētē collegā ſuū ſubit inuidia
et exclamat. Nō poſſe marinū adipiſci
ſuperiorē gradū: ꝙ eēt xp̄ianꝰ. Interro=
gat̄ a iudice marinꝰ: ſi ita res ſe haberet.
Ita ille eſſet: ⁊ vere ſe eſſe xp̄ianū clariſſi=
ma voce teſtat̄. Tres ei deliberandi ho=
re decernunt̄ a iudice: vt eligat vtrū ve=
lit immolare dijs ⁊ imꝑatori: an xp̄ianus
interimi. cūqꝫ a tribunalibꝰ fuiſſet egreſ=
ſus: Theotignus ep̄s loci apprehenſa
manu eius: ꝑducit eū ad eccl̄iam. Ibiqꝫ
multis verbis in fide cōfirmans ad vlti=
mū in interiora ꝑducit altaris: gladiūqꝫ
ſuū quo precinctus erat oſtendēs ei. Et
rurſum offerens euangeliū q̄d e duobus
mallet interrogat. Marinus vero prom
ptiſſima fide cū manū ad euāgeliū tetē=
diſſet: obtine inq̄t Theotignus qd̄ elegi=
ſti o fili: ⁊ contēnēs preſentē vitā eternaꝫ
ſperato. Cōfidens perge: ⁊ ſuſcipe coro=
nā quā tibi dn̄s ꝑparauit. Regreſſus ꝯti
nuo ad tribunal euocat̄ per ꝑconē. Ade
rat em̄ tp̄s ſtatutū. Ille vero nec moras
patitur: nec expectat interrogantem: ſed
cōtinuo ſibi ⁊ deliberatū aſſerit: ⁊ ex p̄ri=
nis legibꝰ ꝯfirmatū: ꝙ deo obtemperare
oporteat magis q̄ꝫ hoibꝰ. Quē iudex ili=
co capite puniendum ꝓ tali reſponſione
pronuntiat.

Ca. xiij. De aſſirio eiuſqꝫ clariſſimis
geſtis.

SEd inter eos
cunctis clarior: ⁊ meritis fi
dei ſupra ceteros inſignis:
memorat̄ aſſiriꝰ vir roma
ne vrbis ſenator patricius
nobilitate: facultatibꝰ ꝓpinquitatū ēt re
gia ⁊ oī bonoꝝ fama ſatis clarus. Qui cū
ſupradicti martyris extremis intereſſet
exequijs ⁊ capite ceſuꝫ cadauer: ſubiectū
humeris ſuis ⁊ ſubſtracta veſte q̄ iduebat̄
excipet: honorē quē martyri detulit ꝯti=
nuo ipſe martyr aſſequit̄. Sꝫ ⁊ in multis
alijs cū ꝑclarū geſtis in fide xp̄i enituiſ=
ſe tradiderūt nobis ij q̄ eū in corpore ad=
huc poſitū viderūt: in quibꝰ etiā tale ali
quid ꝑ eū geſtū memorabant. Apud ce=
ſareā philippi: quā Paneadā phenices
vocāt aiunt ſub adrie montis q̄ appella
tur Pauius ex quo fluuij Iordanis pri=
ma fluenta proſiliunt morē fuiſſe genti=
lis erroris certa ac ſolēni die immolari
victimā. Que victima arte quadā demo
nis ſubito nuſq̄ꝫ cōparebat. Et erat hoc

famoſiſſimi miraculi genus quo perſua deri a ſtantibus videret in celũ hoſtiã inuiſibilit͛ eſſe ſublatã. Accidit igit͛ dũ hec gererent͛ adeſſe Aſtiriũ. Qui cũ videret oẽs miraculi hui⁹ ſtupore cõſtringit humanos miſeratos errores cũ gemitu et ſuſpirio oculos ad celũ pariter tendit et palmas: xp̄m qui eſt ſup oia deus tota fide pfuſis lachrymis inuocat: vt preſtigia fallacis demonis arguat miſeriſq; mortalib⁹: erroris huius ſoluat archanũ. Hec illo cũ fletib⁹ ſupplicante ſubito victima q̃ inuiſibiliter credebat͛ aſſumpta: ſuper ferri aquis vr̃: ⁊ in cõſpectib⁹ oim reddit͛: nec vltra in illis locis error huiuſmodi potuit reperiri: ita vni⁹ xp̄ia ni prece: tantorum deceptionum machina cum autoribus ſuis demonibus diſſoluta eſt.

Cap. xiiij. de emorroiſſa a xp̄o curata memoranda hiſtoria.

VEruz q2 vrbis huius fecimus mentionem iuſtam videt͛ commemorare etiaz illud in ea qđ hiſtoria dignũ duximus mulierẽ quaz ſanguinis p fluuio laborantẽ a ſaluatore curatam euãgelia tradiderũt huius vrbis ciuem conſtat fuiſſe: domuſq; eius in ea etiam nunc oſtenditur. Pro foribus vero dom⁹ ipſius baſis quedam in loco editiore collocata mõſtratur in qua mulieris ipſius velut genibus prouolute palmaſq; ſupplicitur tẽdentis: imago ere vr̃ expreſſa. Aſtat vero alia ere nihilomin⁹ fuſa ſtatua. habitu vir ſtola compta circundati et dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedẽ ſtatue e baſi herba quedã noua ſpecie naſcitur. Que cum exorta fuerit excreſcere vſq; ad ſtole illius erei induentis fimbriam ſolet: quam cum ſummo vertice creſcens herba contingerit: vides inde ad depellendos omnes morbos languoreſq; conq̃rit ita vt quecunq; fuerit illa infirmitas corporis hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur. Nihil omnino virium gerens ſi anteq; eree fimbrie ſummitatem creſcendo contigerit decerpatur. Id in hanc ſtatuam ad ſimilitudinez vultus Jeſu formatam tradebant. Que permanſit ad noſtra vſq; tẽpora: ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil miruz ſi ij qui ex gentibus crediderant p beneficijs que a ſaluatore fuerant conſecuti: huiuſmodi velut munus videbantur offerre: cum videamus etiam nunc et apoſtolorum Petri et Pauli: et ipſius ſaluatoris imagines deſignari tabuliſq; depingi. Sed et antiquas ipſorũ imagines a quibuſdam conſeruatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili conſuetudine indifferẽter obſeruatum: quod ita ſoleant honorare quos honore dignos duxerint. Inſignia enim veterum reſeruari ad poſterorum memoriam: illorum honoris: horũ vero amoris indicium eſt.

Id in hiſto. triper. libr. vj. c. xlj.

Capitulũ decimũ quintũ De cathedra ſancti Jacobi.

DEniq; et Jacobi cathedra q̃ primus inter epiſcopos ab ipſo ſaluatore: et ab apoſtolis in hieroſolymis eſt electus quemq; fratrem chriſti volumina diuina deſignãt vſq; in hodiernum inibi cõſeruatur: atq; in ea ſedẽt omnes: qui vſq; ad preſens tempus ſedis illius ſacerdotium ſortiuntur. Seruatur ergo cum ingenti ſtudio velut a maioribus tradita memoria ſanctitatis. Et cum veneratione magna habetur. vel vetuſtatis: vel primi ſacerdotij ſanctificationis obtẽtu. Sz de his iſta ſufficiant.

Capitulum decimumſextum. quod pacem Galienus reddit eccleſijs.

Gallienus vero Ualeriani filius posteaquam rerum summam solus optinuit leniter ac moderatius erga nostros agere instituit. Datisque decretis inhiberi supplicia: persecutionesque cessare: et quo quisque putat more exorare quod diuinum est sinit.

¶Capitul. xvij. de quarundam ecclesiarum per idem tempus episcopis.

Per idem tempus cum romano adhuc sacerdotio sixtus preesset et apud antiochiam Demetrianus: firmilianusque adhuc cesaree cappadotie superesset ponti ecclesias: gregorius qui prius theodorus dictus est ex origenis discipulis: cum fratre Athenodoro suscepit gubernandas. Apud cesaream vero palestine post theotistum domnus episcopatum sortitus: et breui defunctus theoteno iam nostre memorie viro sedem tradidit. Qui et ipse origenis auditor fuisse dicebatur. In hierosolymis vero post mazabbanem: sacerdotium suscepit hymeneus. Et hi omnes in pace ecclesias gubernabant.

¶Cap. xviij. de Alexandria ciuitate que seditione gentis sue vastata est et deleta.

Sed apud alexandriam etiam si nulla extrinsecus mali causa sit eo ipso quod genus hominum ferox seditiosum: et semper inquietum est: ciuiles inter se motus et bella nos virtutis merito neque ob defensionem sed ob necem atque interitum ciuium commouebant. De quibus dionysius in epistolis suis commemorans refert ita a propriis ciuibus esse vastatam deletamque vrbem: vt illa que constipatione populorum vix soleret digredientibus incedendi spatium dare: nunc eo vsque peruenerit: vt conspicere in plateis hominem valde rarum sit: madere omnes ciuium sanguine vias: cadaueribus obtegi: et ne ad sepeliendum quidem sufficere qui supersunt. Unde et post belli rabiem: ferrique vastationem: corrupti aeris et fetore cadauerum pestilentia increuerit: ita vt si quis ferro superfuerat idem morbus assumeret.

¶Capitulum. xix. de eiusdem ciuitatis vastatione et suis eius causis dionysii testimonio.

Scripsit autem de his idem dionysius in epistola paschali: que solenniter per annos singulos legi solet his verbis. Aliis fortassis hominibus non videatur tempus hoc tempus esse solennitatis. quoniam quidem luctus vbique et acerba lamentatio in plateis cuncta circumstrepit gemitus vero incest et mugitus in domibus propter multitudinem morientium. Sicut fel de primogenitis quondam egyptiorum refertur: ita etiam nunc ingens vbique clamor attollitur. Non enim est domus sicut scriptum est. in qua non sit mortuus primo namque ipsi manibus suis partem maximam et meliorem populi ceciderunt persequendo sanctos Partem alteram bella intestina rapuerunt. Partem vero que superfuerat pestilens nunc egritudo consumit. Sed nos nec in persecutionibus cum iugularemur: a festiuitate cessauimus: nec vnquam nobis potest solennitas impediri: quibus precipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus quicumque a tyrannis eligebatur ad penam siue ager ille seu desertum fuit: siue insule siue carcer solennitatem nobis impedire non potuit. Letissimam vero super omnes habuere solennitatem beati martyres: qui cum sanctis angelis in celo pascha curarunt. Post hec persecutores nostri in semetipsos manus ac tela verterunt. Sed nec si quidem nostrorum festa turbata sunt. Insecutus est hic pestilens morbus et plaga terribilis: sed illis multo terribi-

lior ⁊ grauior: quos nec ſpes erigit futu-
rorū. Nobis vero hec oīa exercitia que-
dam virtutis ⁊ fidei ꝓbamenta ducun-
tur. Quāuis enī deſior ſeuerior ꝙ paga-
nos magis ꝙ̄ noſtros morbus inuaſe-
rit: tñ ne a noſtris quidem penitus ab-
ſceſſum eſt. Et poſt pauca addit dicens.
Multi nāꝙ ex fratrib⁹ noſtris ꝓ nimia
caritate dum abſꝙ vlla cunctatione in-
firmos viſitare non deſinunt: ⁊ non ſolū
viſitare: ſed ⁊ miniſtrare: ⁊ exhibere offi
cia que dñs precipit: repente morbi con
tagione: cū illis pariter quib⁹ miniſtra-
re voluerant interibāt. Affectu enī quo-
dam dilectionis attracti: ⁊ velut partici
pare dolores cum dolentibus cupiētes
alienos in ſe mores aut ſegniter transſe
rebant: effectiꝙ ſunt eorum vt dicit apo
ſtoli ſermo piiſſima. Deniꝙ plurimi pre
noſtroꝝ precipui ⁊ electi viri inter quos
pſbyteri nonnulli et diaconi: multiꝙ alij
de plebe conſtantiſſima ⁊ ardentiſſima
fide tanꝙ ſi martyrij tp̄s inſtaret miſe-
rādo infirmos: ſemetipſos huiuſcemodi
morbibus inſerebāt: miſericordie ex hoc
martyrium capere preſumentes. Et dū
curādis egris: defunctis exportādis hu
mandiſꝙ corporibuſꝙ operam dabant:
inſequebantur pene eos: quos ſuis hu-
meris ad ſepulchra deuexerunt. Paga
ni vero contrario ſuo continuo vt egro-
tare ceperāt deſerebāt: parentes caros
liberos: vxorem coniunx: filijꝙ nihilomi
nus parentes ſtatim vt tremere mēbra
vidiſſent: ⁊ morbo ora pallere: domo pro
pulſos: ī plateas ſemineces eijciebāt. ibi
ꝙ inſepulta eorum cadauera relinquē-
tes: vim morbi quam per hec ſe effuge-
re opinabant̄ dupliciter incurrebāt. dū
⁊ peſtilentie rabie etiā fetor inſepultoꝝ
cadauerum iungeretur.

Capitu. xx. De galieni imperio.

REfert idē dio
nyſius de galieni tempori
bus: quod eo regnante ec-
cleſie dei in pace durarūt
⁊ qđ medijs eius tēpibus
Martianus velut nubes quedam tene-
broſa ⁊ terra ſubito regni eius obſcura-
uerit lucē. Quo rurſum ad vicem eſtiue
nubis abolito: galienus nouū vt ipſe ait
ex veteri vniuerſo mundo lumen effulſit.
Simul enī atrocē tyrānū ⁊ regno detur-
bauit ⁊ vita. deſignat aūt etiā tp̄s ꝙ no-
no āno imperij galieni hec ſcriberet. Ex-
tant ⁊ alia ꝙ̄plurima neceſſaria ſatis ⁊
admiranda dionyſij opuſcula que vtili-
tatis plurimū legentibus conferant: in-
ter que ſcripſit etiā de repromiſſionib⁹
futuris exigente cauſa huiuſmodi.

Cap. xxi. de nepote egyptio ep̄o circa promiſſiones futuras errantes.

EPiſcop⁹ qđā
erat in ptibus egypti. Ne
pos nomine hic iudaico in
tellectu de futuris repro-
miſſionibus ſentiebat eaſ-
ꝙ corporaliter exhibendas docebat. Et
mille annis in delitijs corpalib⁹ in hac
terra ſanctos regnaturos eſſe cū xp̄o hu
iuſꝙ ſiti dogmatis probamēta: ſumptis
ex reuelatione ioannis teſtimonijs cona
batur aſſerere. De quibus etiam libel-
los edidit: interpretationes huiuſmo-
di continentes. Igitur dionyſius de re-
promiſſionibus ſcribens ad hunc nepo-
tem ſtilum ſue intētionis obuertit: ⁊ in
primo ſtatim libro ſuā ſniam que ei de
diuinis repromiſſionibus videbatur ex
ponit. In ſcđo vero volumine de reuela
tione ioānis diſſerens facit mentionem
Nepotis verbis. Et cōmētarios inquit
quoſdā ꝓferunt nepotis quibus innitū
tur plurimū: ⁊ per quos putant ineffabi
li quodā ſacro oſtendi qualiter regnū
xp̄i futurum ſit ſuper terrā. Sed in alijs
quidem multis etiā ego amplector ⁊ dili
go nepotem vel pro fide ſua: vel pro eru
ditione ⁊ ſtudio ſcripturarū: ⁊ precipue
pro exercitio pſallēdi: qm̄ quidem pluri
mi fratrū libenter pro hoc ei⁹ eligere cō
ſortia. Eſt ergo etiā mihi erga eū multa
reuerentia: ⁊ inde magis: q2 iā preceſſit
ad dominū. Sed reuera plus omnibus
⁊ amāda ⁊ preferēda eſt veritas: lauda
re op3 ⁊ abſꝙ inuidia amplecti ſi qđ re-

ete dictum eſt. Diſcuti vero et diſcerni ſi
quid minus ſane ſcriptum eſt. Et ſi qui-
dē preſens eſſet is de quo ſermo eſt ſuffi
ceret ſolo ſermone diſcutere que minus
recte dicta videbantur: dum interroga
tione precedente reſpōſio ſubſequēs in
concordiam quod contrariū ⁊ diſcrepās
videbatur adduceret. Ubi vero ſcripta
edita ſunt: ⁊ vt videbatur quibuſdā ſa-
tis ſuaſoria: ⁊ vbi doctores procedunt q̇
legem ⁊ ꝓphetas pro nihilo ducāt euā-
gelia non ſequantur apoſtolorum ſcri-
pta deſpiciant. Hos autem ſolos libros
atq; iſtā doctrinā velut magnum aliqđ
⁊ occultum myſteriū venerantur ac ſim
plices quoq; fratrum noſtrorum doceāt
nihil excelſuz nihil magnificum ſentire
de aduentu ⁊ preſentia dei ⁊ ſaluatoris
noſtri ieſu chriſti neq; de reſurrectionis
gloria ⁊ noſtre congregationis in idipm
ac ſimilitudinis repromiſſe ſʒ parua q̄-
dam ⁊ ſemper mortalia ⁊ nō alia ꝙ ſunt
ea que nunc videmus ſperari ſuadēt in
regno dei. Neceſſarium videtur ad hec
oīa reſpondere fratri noſtro nepoti. Et
poſt aliquanta rurſuʒ ſubiungitur hec.
Et em̄ cum in arſenoite eſſem⁹ vbi mul
to iam tempore voluebatur iſta doctri-
na ita vt ſciſmata inter fratres ⁊ diſcor-
die fierent conuocati preſbyteros ⁊ do-
ctores qui erant in eccleſijs ⁊ publice ce
pi habere tractatum. Simul ⁊ cohorta-
tus ſum fratres vt ſi quid eos moueret
obijcerent nihil verētes. Tū mihi illi vt
ſcutum validiſſimum ⁊ murum inexpu
gnabilem codicē nepotis obijciunt. Su-
ſcepi patienter ⁊ tribus cōtinuis dieb⁹
reſidens a prima luce vſq; ad veſperam
cum ipſis ſingula eius ſcripta cepi diſcu
tere ⁊ vnumquodq; quid in ſe abſurdi
haberet oſtendere. Et vere ſatis admi-
ratus ſum patientiam ⁊ conſtantiā atq;
intelligentiam fratrum quia conſequē-
ter ⁊ per ordinem de ſingulis queſtioni-
bus proponebant validiſſime his que a
nobis reſpondebātur occurrētes. Poſt
hec cum quid eſſet in vero patuiſſet ac-
commodabāt nihilominus abſq; cōten-
tione conſenſum iudicantes hoc ꝙ non
continuo q̇ ſemel alio viſum fuerit omni
id ſtudio ſiue contentione ſeruandū eſt:
ſed eſſe rectius tunc mutare ſentētiam
cum eam melior et rectior ſuperauerit.
Patefactis ⁊ em̄ codicibus ſuis deo au-
diebant verbum cuius probatio non ex
humana perſuaſione neq; ex eloquentie
fuco ſed ex diuinarum ſcripturarū aſſer
tione veniebat. Et ita euidens fuit aſſer
tionis noſtre probatio: vt his qui inter
eos maximus doctor ⁊ vite meritis pre-
ſtātior habebatur. Coracion nomine ſur
gens in medio cunctis audientibus pro
clamaret ⁊ proteſtaretur neminem de-
bere vltra eius doctrine facere mentio-
nem. Sufficere ꝙ erratum eſt de cetero
non ſolum nihil horum tenendum vel ſe
quendum ſed ne comedendum quidem
de talibus. Siquidem tam euidēs ⁊ ma-
nifeſta contra hec de ſcripturis diuinis
patuiſſet aſſertio. Omnes vero reliqui
fratres gaudio ⁊ letitia repleti corda ꝓ
emendatione ſui inexplebiles domino
gratias referebant.

Capitulum. xxiij. apocali-
pſim qs ſcripſerit a pleriſ-
q; dubitatum eſt. A

Poſt aliquanta
vero veniēs ad apocalipſim
Joānis hec de ea ſcribit. Nō-
nulli ex predeceſſoribus no-
ſtris penitus libellum hunc refutandū
a canone ſcripturarum atq; abijciendū
putarunt ſingula queq; eius capitula
arguētes. Et dixerunt pretitulationē
libri non eſſe veram ſed aliene ſcriptu-
re Joannis tamen nomen impoſitum.
Unde neq; Joannis hunc eſſe librum
nec reuelationem videri poſſe: que craſ-
ſo quodam velamine ignorantie conte
gatur. Addiderunt etiam hec ꝙ nihil
dignum in ea grauitate apoſtolica cen
ſeatur ſed nec alicuius quidem eccleſia
ſticorum ſaltem virorum ſcripturam eſſe
dixerunt. Sed cherintum quendam au
torem cherinthiane hereſeos volentem
dogmatis ſui fidem apoſtolici nominis
opinione firmare libellos a ſe cōſcripto
Joannis pretuliſſe. Deniq; inquiunt
cherinthi dogmata hec cōtinēt in terris

futurum eſſe regnum chriſti. Et qm̄ ipſe
carnis et libidinis amiciſſim⁹ dicebatur
ea in repromiſſionibus futuri regni ſan-
ctis prebenda cenſebat que ſui animi li-
bido dictabat: ventris et voluptatis ope
ra menſura ciborum ſatietatem ⁊ abun
dantiam poculorum nuptias et cetera
que horum conſequentiam ſeruant. Et
reparari rurſum ſperat feſtiuitates et
ſacrificia iudaica victimaſque legales.
Ego vero quantum ad meam ſententiā
pertinet ſpernere aut abijcere ſcriptu-
ram libri huius nullatenus audeo mari
me cum multi ex fratribus ita mecū ſen-
tiant ſed hec magis de eo iudico quod ex
cedant atqȝ emineant que in eo ſcripta
ſunt hūane auditionis modū et ſit in eo
arcanus quidam et reconditus atqȝ ad-
mirandus omnibus ſenſus. Quē ⁊ ego
ammiror ac veneror: etiam ſi non intelli
go. Et ita ſentio quod diuina aliqua ſa-
cramēta ſermonibus contegātur huma
nis nō tam iudicio meo diſcernens ꝙ fi-
de credens. Et ideo non reprobo que nō
intelligo: ſed tantomagis admiror quan
to minus aſſequor poſt hec vero totius
libelli diſſerens corpus et ſingula queqȝ
diſcutiens atqȝ euidenter oſtendens nul
lo modo fieri poſſe vt ſecundum literam
dignus in eo intellectus appereat. Ad-
dit etiam hec dicens. Conſummata igi-
tur omni prophetia beatos dicit prophe
ta eos qui hec cuſtodiunt. Sed et ſemet-
ipſum beatum dixit. Ait enim beatus
qui ſeruat verbum prophetie huius li-
bri. Et ego Joannes qui video et audio
hec. Uocari ergo eum Joannem et eſſe
hanc ſcripturam Joannis non nego. Sā
cti namqȝ alicuius eſt et ſine vlla dubi-
tatione per dei ſpiritum ſcripta etiam
ſi non ſit ille apoſtolus filius zebedei Jo-
annes frater Jacobi cuius euangelium
ſecundum Joannem ſcriptum eſt et epi-
ſtola catholica. Utitur Dionyſius pluri
ma aſſertione diuinitus quidem inſpi-
ratam reuelationem non eſſe dubitan
dum et Joannis eſſe. Non tamen ſibi li-
quido videri quod illius ſit Joannis qui
euangelium ſcripſit quia ille nunqȝ no
minis ſui fecerit mentionē ac ſeſe ſigna
uerit nominatim. Hic autem qui apo-
calipſim ſcripſit tertio mentionem ferme
nominis ſui facit. Sed et ex ipſo ſcriptu-
re ſtilo diſcretionem faciens dicit potuiſ-
ſe fieri in illis temporibus fuiſſe ⁊ alium
aliquem Joannem vnum ex ſanctis cui
hec reuelauit deus.

A ❡ Multa vera ⁊ alia inſtructionis ec
cleſiaſtice monimenta nobis in libris di
geſta beatus Dionyſius dereliquit. Quo
rum lectio magnopere ab ſtudioſis qui-
buſqȝ expetenda ſit. Sed iam ad hiſtorie
ordinem reuertamur. Sixto romane ec-
cleſie per annos. xj. ſacerdotio ꝓcurator
ſuccedit dionyſius et Demetriano apud
anthiochiā defuncto Paulus de Samo-
ſateno ſacerdotiū ſuſcepit. Qui paulus
abiecta ſatis ⁊ indigna de chriſto ſentiēs
traditionem doctrine eccleſiaſtice corrū-
pebat dicens eum communis nature ho
minem tantum fuiſſe.

❡ Capitulum. xxiij. de concilio epiſco
porum apud anthiochiam aduerſus
paulum Samoſatenum.

Tunc dionyſi⁹
de alexandria rogatus ve
nire ad concilium et ſene-
ctutis impedimento et in-
cōmoditate corporis inhi-
betur. Per epiſtolam tamen preſentem
ſe reddidit: et quid fidei ac venerationis
erga chriſtū teneret expoſuit. Ceteri ve
ro eccleſiarum paſtores diuerſiſſe locis
et vrbibus velut aduerſum latronē quē
dam chriſti gregibus inſidiantem conue
niunt Antiochiam. In quibus inſignes
⁊ ceteris ꝓcellentes erant. Firmilianus
a ceſarea cappadocie Gregorius et An-
tonodorus fratres ꝓuincie ſacerdotes:
Helenus Sardēſis eccleſie epiſcopus: ⁊
Nicomas ab iconio. Et hieroſolymorū
precipuus ſacerdos hymeneus et vicine
huic vrbi ceſaree teotignus. Sed ⁊ maxi
mus Boſtrenſis epiſcop⁹ dignus eorum
conſortio cohercebat. Multi vero et alij
quos longū eſt enumerare per ſingulos.
Sed et preſbyteri ꝙplurimi ⁊ diconi ad
ſupradictam vrbem cauſa compeſcendi
imo delendi noui huius dogmatis con-
uenerunt. Hi ergo omnes ſepius in vnū

coeuntes paulumqꝫ Samoſatenū ſtatuē tes in medio atqꝫ eius hereſim quam ille nunc occultare nunc etiam diſſimulare conabatur frequenti tractatu ⁊ aſſiduis diſputationibus denudantes arguere blaſphemie et publicare nitebantur. Nec tamen vno id aut ſecundo tm̄ conſilio ad finem perducere potuerunt. Sed et conuentum ſepe eſt et abſqꝫ opere precio diſceſſum.

¶ Capitulum .xxiiij. de quodam gregorio viro ſancto et eius mirabilibus geſtis.

Verum quoniam beati gregorij hiſtorie textus attulit mētionem digniſſimū puto tanti viri geſta que ſub orientali: et ſeptentrionis axe cunctorū ſermone celebrant omiſſa neſcio quo caſu huic narrationi ad memoriam poſteritatis inſerere. Stagnū quoddā erat in ponti regionibus ſitum piſcibus copioſum ex quorū captura prediuites reddit⁹ dominis preſtabātur. Iſta poſſeſſio duobus fratribus ſorte hereditatis obuenerat. Sed pecunie cupiditas que pene omnium corda mortalium ſuperat etiam fraternam neceſſitudinem violauit ⁊ cōueniebatur a fratribus tempore captionis non tam ad capiendos piſces: quam ad homines deciꝑiendos cedes ac bella mouebantur humanus ſanguis pro piſcibus fundebatur. Sed dei prouidentia affuit aliquando auxilium aduentuſqꝫ Gregorij. Uidet prelia et mortes virorum furenteſqꝫ germanos quid cauſe exiſteret pro qua in exitium ſui ſuorumqꝫ fratres accenderentur inquirit nullam niſi capture piſcium comperit. Tum ille cum pro honore aduentus ſui vtreqꝫ partes paululum ſiluiſſent nolite inquit o filioli rationabiles animas pro multis animantibus violare fraternam pacem queſtus cupiditate diſſoluere dei leges et nature pariter iura temerare/ et vna mecum ad oram ſtagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruente contentionis abſoluam. Et cum hec dixiſſet in conſpectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas littoris vndas defigit. Et ipſe poſitis genibus palmas tendit ad celum atqꝫ his verbis excelſo ſupplicat deo. Tu deus patrum noſtrorum qui cum tibi primus homo Adā peccaſſet et mandatum tuum preteriſſet penam culpe illius moderatus ad terram maledictionis ſententiam detorſiſti dicens maledicta terra in operibus tuis et nunc ergo miſeratus horum iuuenum fraternum ſanguinem qui periclitantur precipue vt maledicte ſint aque iſte in operibus iſtorum pro quibus furore ſuccenſi fraterne pietatis obliti ſunt: ita vt nunqꝫ in hoc loco vel piſcis appareat vel aqua reſideat: Sed ſit campus aratri patiens ac frugum ferax: et cuſtos ineternum fraternie concordie perſeueret. Simul vt ille orandi finem fecit ſtatim ſe vnda ſubducens ⁊ curſu velociore fugiens a conſpectu ſuperno iuſſa diſcedere abyſſis ſuis redditur et arantem campum germanis iam concordibus dereliquit. Sed et in hodiernum frugum ferax eſſe dicitur ſolum quod ante fuerat nauium ferax. ¶ Memoratur etiam aliud illuſtrius ab eo et diuinitus geſtum. In quodam loco ruris anguſti; cum res poſceret eccleſiam conſtrui rupes quondam vicini montis ex parte orientis obiecta: ex alia vero preterfluens fluuius ſpatium quantum eccleſie ſufficeret denegabat. Et cum alius omnino non eſſet locus omneſqꝫ meſtitiam agerent quod ſolum ad conſtruendam eccleſiam non haberent: ille fide plenus pernoctaſſe in oratione dicitur et dominum Ieſum promiſſionis ſue admonuiſſe fideliter qua dixit ſi habueritis fidē ſicut granum ſinapis dicetis monti huic tolle te et mitte te in mare et fiet vtiqꝫ. Cumqꝫ hec fide plena ac deuotione depoſceret ad lucem coeuntibus ppl̄is inuenta eſt rupis importuna receſſiſſe tantum quantum ſpatij ad condendaꝫ querebatur eccleſia. D.

TRadunt̄ eiꝰ ⁊ alia ꝙplurima. Sed ne in lōgum videamur trahere sermonē intermiſſis ceteris vnū adhuc de eiꝰ geſtꝫ adijciā. Iter eius fuiſſe quondam per alpes dicitur hyemis tempore. Et cum perueniſſet ad ſummum alpiū iugum niuibus repleta erant omnia nullum vſq̄ diuerſorium Fanum ibi tātum apollinis erat. Cui ſuccedens trāſacta nocte diſceſſit. Sacerdos vero erat quidam Fani eius cui conſulere ſimulachrum Apollinis mos erat et reddere reſponſa poſcentibus ex quo ei etiam alimonie queſtus eſſe videbatur. Igitur poſt digreſſum Gregorij offerre conſulta et reſponſa poſcere ſacerdos acceſſit ex more nihil inde reſponſum veniebat. Repetit victimas ſilentium permanet. Iterum atq̄ iterum litat̄ ſurdis ingerit fabulā. Cumq̄ ſtupore noui ſilentij eſtuaret ſacerdos noctu ei aſſiſtens demoniū dicit in ſomnis. Quid me illic inuocas quo iam venire non poſſum. Percontanti cauſam aduentu ſe Gregorij dicebat expulſum. Quid nunc remedij daretur cum perquireret ait. Non aliter ſibi licere ingredi locum niſi Gregorius permiſiſſet. Quibus auditis: ſacerdos occupat viam: multa apud ſemetipſum voluens atq̄ animo recurſante pertractās peruenit ad Gregorium ad ortuſq; eū rem pandit ex ordine humanitatis ſue atq; hoſpitalitatis admonet querelā depulſi numinis promit adeptam facultatem ſui queſtus deplorat ac reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At ille nihil moratus ſcribit epiſtolam in hec verba. Gregorius apollini. Permitto tibi redire ad locum tuum et agere que cōſueuiſti. Hanc epiſtolam ſacerdos accipit ⁊ ad fanum defert. Poſitaq̄ ea iuxta ſimulachrum affuit demon et dedit reſponſa poſcenti. Tum ille in ſemetipſum cōuerſus ait. Si gregorius iuſſit et deus iſte diſceſſit nec potuit redire niſi iuſſus et rurſus iubente gregorio reſtitutus eſt quomodo in multo melior iſto gregorius cuius hic obtemperat iuſſis. Clauſis igitur ianuis fani deſcendit ad gregorium epiſtolam ſecum quam acceperat referens omnemq̄ apud eum rei geſte ordinem pandens. Simulq̄ ſe ad pedes eius proſternens rogat vt illi ſe deo offerat cuius virtute dijs gentium gregorius imperabat. Cumq̄ enixius ⁊ pertinacius inſiſteret cathecuminus ab eo factus eſt. Et cum ſe vite caſtiſſime et abſtinentiſſime derelictis omnibus non ſolum erroribus demonum ſed et ſeculi actibus mancipaſſet: etiam baptiſma conſecutus eſt. Et intantum vite merito ac fidei virtute profecit vt ipſe beato gregorio in epiſcopatu ſucceſſor extiterit. Sed ingenij ſui nobis in paruo maxima monimenta dereliquit. In eccleſiaſtem namq̄ metafraſim idem gregorius magnificentiſſime ſcripſit. Et catholice fidei expoſitionem breuiter editā dereliquit: quam pro edificatiōe eccleſiarum ſociare his commodum duxiꝰ. Gregorij martyris et epiſcopi neoceſarie fides. Unus deus pater verbi viuentis ſapientie ſubſiſtentis: et virtutis ſue et figure perfectus. Perfecti genitor pater filij vnigeniti. Unus deus ſolus ex ſolo deo: figura et imago deitatis verbum perpetrans ſapientia comprehendens omnia et virtus qua tota creatura fieri potuit. Filiꝰ verꝰ veri et inuiſibilis ex inuiſibili et incorruptibilis ex incorruptibili et immortalis ex immortali ⁊ ſempiternus ex ſempiterno. Unus ſpiritusſanctus ex deo ſubſtantiam habens: et qui per filium apparuit imago filij perfecti. Perfecta viuentium cauſa: ſanctitas ſanctificationis preſtatrix. Per quem deus ſuper omnia et in omnibus cognoſcitur et filius per omnes. Trinitas ꝑfecta maieſtate et ſempiternitate et regno minime diuiditur neq̄ abalienatur neq̄ factum quid aut ſeruiens in trinitate neq̄ ſuperinductum tanq̄ ante hac quidem nō ſubſiſtens poſtea vero ſuperingreſſum. Neq̄ itaq̄ defuit vnq̄ filius patri neq̄ filio ſpiritusſanctus: ſed inconuertibilis et immutabilis eadem trinitas ſemper. Sed de gregorio ſatis dictum eſt: nūc ad hiſtoriam redeamus.

¶ Capitulum.xxv. de paulo ſamoſateno heretico eius intolerabili ſuperbia eius excommunicatiõe ab epiſcopatu depoſitione ⁊ eiectione.

INterea dionyſius apud alexandriam quieuit in pace duodecimo anno imperij galieni decem ⁊ ſeptem annis functus ſacerdotio, Succedit vero ei maximinus. Igitur Galienus cũ ꝑ annos.xv. Romanum gubernaſſet imperiũ. Claudio regni ſucceſſore defunctus eſt. Qui duobus ſolis annis in imperio tranſactis aureliano rerum apicem dereliquit. Huius temporibꝰ vltimũ apud antiochiam epiſcoporum conſilium congregatur. In quo Paulus arguitur manifeſteqꝫ conuincitur hereticus: et damnatur ab omnibus que ſub celo ſunt eccleſijs chriſti inſiſtente plurimum ⁊ diſceptationibus validiſſimis perurgẽte. Alchione preſbytero antiochene eccleſie viro fideliſſimo ⁊ omnibus virtutibꝰ adornato: cui accedebat etiam hoc ꝙ erat diſertiſſimus ⁊ potens in verbo atqꝫ in omni eruditione perfectus, Deniqꝫ oratoriam in eadem ipſa vrbe docuerat, Huic igitur ab omni epiſcoporum concilio permittitur diſputatio cum paulo excipientibus notarijs que ita magnifice ab eo et accurate habita eſt; vt ſcripta ederentur ⁊ nunc quoqꝫ in ammiratiõe ſit omnibus. Solus etenim potuit diſſimulantem et occultantem ſe paulum cõfeſſionibus proprijs publicare. Quibus ita geſtis communi cõſilio vniuerſi pariter ſacerdotes ſcribunt epiſtolã ad perſonam dionyſij epiſcopi vrbis Rome et maximi alexandrie epiſcopi que per omnes mitteretur eccleſias per quam cunctis et ſuam diligentiam comprobarent ⁊ pauli hereſim cõfutatam eſſe atqꝫ deiectam in vniuerſorum notitiam peruulgaret. Simul etiam que cum eo queſtiones habite ſint indicant. Sed ⁊ vitam ipſius intemperatam pariter moreſqꝫ deſcribunt. Ex quibus pauca aliqua inſerere huic operi noſtro dignũ iudicauimus. Dionyſio et Maximo: et omnibus qui per vniuerſum orbem ſunt ſacerdotibus et coepiſcopis cum vna preſbyteris et diaconibus atqꝫ omni eccleſie catholice que ſub celo eſt Henus: et Hymeneus. Theophilꝰ theotignus maximus proculus nicomas helianus paulus bolaſus protegenes lerax euticius theodorus malcion lucius preſbyteri: et ceteri omnes qui nobiſcum congregati ſunt ex vicinis vrbibus: et gentibus epiſcopi et preſbyteri ⁊ diaconi dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem, Et poſt pauca addiderunt mittentes hanc epiſtolam. Deprecamur omnes vt ſi qui forte tali doctrina infecti ſunt curantur a vobis ſicut et beate memorie vir dionyſius Alexandrinus et firmilianus ex Capodocia iam prius ſcripſerant ad antiochie plebem dedignantes imo potius declinantes ad perſonã ipſius ſcribere qui erat autor erroris. Ipſe autem beate memorie firmilianus cũ adhuc ſupereſſet. Secundo affuit ⁊ preſens eum arguit ac notauit: ſicut omnes nouimus et teſtamur qui ſimul cum illo veneramus. Sed repromittente eo corrigere errorem credidit ſperans poſſe fieri vt abſqꝫ religionis noſtre opprobrio ⁊ diſſenſionum nota res veniret in melius. Et ideo diſſimulauerat cum tamen paulus dolo differret: et hominem quidem falleret deum autem negaret ac fidem: in qua renatus fuerat violaret. Deniqꝫ et nunc beatus Firmilianus veniebat Antiochiam: et cum tarſum vſqꝫ perueniſſet et nos omnes Antiochie poſiti aduentum illius operiremur: nuntiatus eſt nobis exceſſiſſe de mundo.

B ¶ Poſt aliquanta vero deſcribentes eius vitam moreſqꝫ adijciunt etiam hec. Poſtea vero ꝙ a doctrine regula ac alienaſſe dogmata ⁊ adulterinã conuertit: non opus eſt enumerare actus priores: quomodo cum prius egens fuerit: et pauperrimus: neqꝫ ex parentum ſucceſſione neqꝫ vllam queſtus occaſionem habuerit honeſtam nunc ad ſummas diuitias peruenerit: non aliunde niſi ex ſacrilegijs. Et ex his que per fraudem diripuit concutiens fratres vendens patro

cinia ⁊ fidē negotiorum ſuſceptorum nec accepta mercede cuſtodiens: exiſtimās ſecūdum quod ſcriptum eſt queſtum eſſe pietatem. Superbiam vero eius quis ferre poſſet cum ſe magis ducenarium quam epiſcopum videri vellet. Nam et incedens per plateam tali quadam ambitione vtebatur: publice epiſtolas relegens atq; in auditu omnium et oculis dictans aſſiſtentibus ſibi in platea notarijs. Directio quoq; pretereuntium et cōſtipatio inſequentium quamplurima querebatur: ita vt omnes qui videbant horreſcerēt et deteſtarent per illius arrogantiam religionem diuinam. Hec in publico. Intra eccleſiam vero tribunal ſibi multo altius quam fuerat extrui: et thronū in excelſioribus collocari iubet. Secretarium quoq; ſternit et parari ſicut iudicibus ſeculi ſolet. Verbum vero faciens ad plebem iactare ſupra modū dexteram ac palmam femori illidere: pede quoq; ſubſaltare ac ferire ſcabellum cum ſonitu. Ab auditoribus vero non fauorem neq; plauſum ſperare ſolum: ſed theatrali more oraria moueri ſibi expetebat: et voces tanquam de caueis dari. Hec non ſolum a viris. Sed etiam a mulieribus indecenter expetebantur. Si quis vero auditorum honeſtius et verecūdius agens a clamore nimio temperaſſet: velut iniuriam faciens patiebatur iniuriam. Sed et antiquis et defunctis iā tractatorib⁹ inſultabat: et illis derogans ſuas laudes inuerecunde impudenterq; iactabat: rectorem ſe magis ꝙ eccleſie doctorē laudari cupiebat. Pſalmos vero qui in dominum noſtrum ieſum chriſtum dicebantur ceſſare fecit: velut Neotericos et nuper inuentos. In ſemetipſum vero compoſitos diebus paſche in medio eccleſie canere mulieres maxime quas ipſe prius ad canendum pro more inſtituerat faciebat. Ita vt horreſceret ſi quis audiret. Nā cum ipſe filiū dei negaret deſcendiſſe de celo. Sed a maria cepiſſe ⁊ initium habuiſſe de terra pſalmi qui in ipſū dicebantur: ⁊ quibus in populo laudabatur angelū eum dicebant deſcendiſſe de celis. Et hec ipſe aſſiſtēs et audiens non ſolū dici non prohibebat: ſed elato ſupercilio delectabat audire. De mulieribus vero que cū ipſo ſimul manebant quas ſyncunctas antiocheni appellant quid opus eſt dici. Ex quarum ſocietate ⁊ contubernio vt ſibi nulla queſtio moueretur etiam preſbyteris ⁊ diaconis ſuis his dūtaxat ꝗ ei morem gerebant habitandi mulieres ſecum ſimilē licentiam dedit. Sed ⁊ congregandi diuitias tribuit facultatem: quo ipſi in ſimilib⁹ obnoxij magiſtro nequaq; crimen impingerent. Nos autem idcirco hec ſcribimus fratres chariſſimi: quia nouimus quod ſacroſanctum debeat eſſe epiſcopale ſacerdotium quod ⁊ clero et plebi eſſe debeat exemplo. Neq; enim ignoramus quoſdam dum incautius ſibi ad cohabitandum iungunt mulierculas cecidiſſe. Quod etiam ſi non fiat certe in ſuſpitionē venire de talibus ſacerdoti grauiſſimum eſt. Quomodo autem vetare poterit eos qui infirmiores ſunt a mulierum conſortio: quib⁹ ex his que gerit autoritatem prebet? Tantus vero ac tā immitis ſuis fuit in poteſtatu ⁊ ita ſpecie quadam tyrannidis elatus eſt: vt ne arguendum quidem quiſquam vel accuſandum auderet accedere. Sed et que diximus condemnari poſſent etiā in eo qui fidem catholicam ſeruat: et in eccleſiaſtici dogmatis veritate perdurat. Hic vero qui abiurato fidei myſterie ad pollutiſſimam ſe arcem: et hereſim contulit (neceſſarium enim fuit etiā partem erroris ipſius deſignari) quomodo habendus vel quomodo execrandus eſt.

C ¶ Et poſt multa in fine epiſtole addunt etiam hec. Igitur neceſſarium viſum eſt hunc reſiſtentem deo: neq; acquieſcentem vere fidei adijcere abiurari. Alium vero pro ipſo eccleſie catholice conſtitui epiſcopum per dei gratiam prouiſum filium beate memorie demetriani: qui huic ipſi eccleſie inculpabiliter prefuit. Domnum nomine virū omnibus bonis ornatum. Indicauimus autem vobis de eo vt ſciatis ad ipſum vos ſcribere debere: et ab ipſo communionis ſcriptam ſuſcipere. Hic autem qui indignus habitus eſt eſſe in eccleſia catho-

lica: anathema ſcribatur: et illiꝰ hereſcos ſectatores excommunicentur. Domno igitur in epiſcopatum ſubrogato: Paulus a ſacerdotio abſciſſus ⁊ cõmunione cum de domo eccleſie nollet exire interpellatus imperator aurelianꝰ religioſe ſatis de hoc ſancteqꝫ decernit his precipiens eccleſie domnuꝫ tradi quibꝰ italie ſacerdotes ⁊ romanus epiſcopus ſcriberent. Et iterum predictus paulus ad cetera mala etiã hoc decoris acquiſiuit: vt manu publica de eccleſia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos exiſtebat aurelianus. Proceſſu vero temporis immutare propoſiti ſui bonum cepit et malis conſilijs deprauatus perſecutioneꝫ erga dei eccleſias meditari eouſqꝫ vt dicatur quod dicatis iam literis et ſcriptis cum ſupereſſet ſola ſubſcriptio diuina dextera interueniens ſubſcriptionem nefande dextere deturbauerit: morte etenim ſubita condemnatur qui de piorum morte cenſebat: vt oſtenderet deus quia non cuꝫ voluerit tyrannus cruciamur: ſed cum probauerit ipſe corripimur. Igitur ſex annis aurelianꝰ cum gubernaſſet principatum. Probus poſt hunc ſuſcepit. Cui tantundẽ temporis expleſſet imperium. Charus vna cum filijs carlo ⁊ numerianno ſuccedit. A quibus tribus annis nec plenꝰ Romano regno adminiſtrato. Diocletianus ſuſcepit principatum. His vero maximas in noſtros perſecutionis ⁊ eccleſiarũ ſubuerſiones molitus eſt.

Huic quaſi ſimile habetur i hiſtoria trip. libro. vij. c.xxxvi. a.l fine.

¶ Capitulum. xxvi. de mane a quo manicheorum hereſis oritur.

SEd paulo anteqꝫ hic imperium ſumeret in vrbe Romana defuncto dionyſio: poſt nouem annos ſacerdotij felix ſuſcepit ſedẽ. ¶ Quo tempore manẽs quidam ſecundum nomen ſuum inſanies et inſtinctu demonis agitatus inuiſam et execrabilem omnibus hereſim docet. Hic autem manes gente perſes vita et moribus barbarus fuit: tam acer ingenio vt inſanire vel demone adimpleri videretur. Deniqꝫ vt rei exitus docet chriſti ſe nunc gerere formam conabatur oſtendere nunc ipſum ſe eſſe paraclytuꝫ predicabat elatus inſania ad ſimilitudinem chriſti duodecim diſcipulos eligens ad predicãdum mittebat dogmata ſtulta et impia a diuerſis hereticis qui iam prius extincti fuerant mutuata diſſeminans ⁊ noſtro orbi Perſica venena propinans. Ex hoc ergo Manicheorum hereſis vſqꝫ in hodiernum diffunditur: eo tempore exorta quo Felix in vrbe roma eccleſie preerat. Qui per quinqꝫ annos adminiſtrato ſacerdotio euticiano ſedem reliquit. His decem menſibus ſolis tranſactis gaio epiſcopatum tradidit. Qui noſtris iam temporibꝰ quindecim annis ſacerdotio perfunctus Marcellinum ſucceſſorẽ reliquit. Quem iam perſecutionis tempus inuenit.

¶ Capitulum vigeſimumſeptimum. de Anatholeo viro eruditiſſimo eiuſqꝫ ſubtili induſtria qua Alexandriaꝫ ciuitatem fame pariter abſoluit ⁊ bello: ⁊ quid ipſe de paſcha ſenſerit.

EA tempeſtate apud anthiochiam ſacerdotium poſt dõnum ſuſceperat Timeus. Poſt timeuꝫ vero Cirillus. Cirillo autem ſucceſſit Dorotheus: qui ad noſtram vſqꝫ memoriam perdurauerit: vir eruditiſſimus et in ſcripturis diuinis ſatis intentus: qui pro multa diligentia: etiam hebream linguam didicerat. Greca autem eruditione liberaliter a puero fuerat inſtitutꝰ. Is eunu-

chus a natiuitate fuit. Ex quo etiã im=
perator in admiratione eum numerat:
et honorem ei contulerat purpure pre=
poſituram. Huius etiam nos cum in ec
cleſia ſcripturas exponeret: auditores
in pueritia fuimus. Poſt hunc autem
tyrãnius apud antiochiam ſacerdo=
tium ſuſcepit. Sub quo eccleſiarũ per=
ſecutio increuit apud Laoditium poſt
Socratem. Euſebius: Alexãdrinus ge=
nere epiſcopus fuit. Qui in cauſa pauli
Samoſateni ad partes ſyrie cum veniſ=
ſet quod eſſet in ſcripturis diuinis eru=
ditus a fratribus ſtudioſis velut the=
ſaurus quidem repertus: vltra nuſq̃
abire permiſſus eſt. ſicut Dionyſius in
epiſtolis ſuis ſcribit. Huic quoq̃ ana=
tholius ſucceſſor: vt aiũt bonus boni ex=
titit. Qui et ipſe genere Alexandrinus
erat eruditione vero liberalium litera=
rum et in philoſophicis a puero appri=
me eruditus. Ita vt apud Alexãdriam
dialecticam docere ab omnibus erudi=
tis viris ⁊ philoſophicis cogeret. Hunc
etiam belli tempore quod inter ciues ex
ortum eſt apud Alexandriã ferunt mul=
ta bona ciuibus in conſilijs prouiſioni=
bus preſtitiſſe. Ex quibus vnum tãtum
modo factum breuitatis cauſa memo=
rabo. Frumentum aiunt cum deeſſet
obſeſſis: et fames grauius q̃ hoſtis v=
geret: tertia pars cum due ſe inuicẽ im=
pugnarent erant populi ſeparata: que
quaſi fidem romanis ſeruabat. In qua
parte tunc etiam ſupradictus Anatho=
lius erat abſq̃ impugnatione. Hic ad
magiſtrum militie refert. cumq̃ de fa=
mis neceſſitate que obſeſſis acciderat
edocet et impetratam gratiam ciuibus
defert: eamq̃ hoc modo diſtribuit. Pri=
mum quidẽ vtraq̃ partes inter ſe diſſi
dentes alloquitur: ac romanis redire
in gratiam ſuadet. Sed cum reluctan=
tes videret hoc ſaltem inquit credo vos
libenter accipere vt omnem noſtrorum
manum imbellem qui belli quidem no=
bis nequaq̃: ſibi tamen neceſſario par=
ticeps eſt: exire portas ſinatis. Conſi=
lium ab vtraq̃ parte gratanter acce=
ptum eſt. Decernunt imbelliũ manum
egredi caſtris debere. Data occaſione
omnes pene quos inedia conſumebat
pariter cum imbellibus erumpunt. Pre
cipue noſtris quibus bellum gerere cõ=
tra propoſitum erat. quos omnes Ana=
tholius ſuſcipiẽs parentis ſimul ac me=
dici fouebat affectu: et ita multitudini
per cibum ſalutem propere contulit. Re
liquis vero qui pauci remanſerant for=
titudinem belli et deſiderium pacis in=
cuſſit: ita miſericordi prudentiq̃ cõſilio
vrbem maximam fame pariter abſoluit
et bello.

B ¶ Hunc ergo ſecundum de Ale=
xandria: de munere Laodicenorum ci=
uitas accepit epiſcopum: poſt tranſa=
ctum quod ſupra memorauimus bellũ.
Multa quoq̃ opuſcula ſupradicti ana=
tholij magnifice compoſita ad nos vſq̃
venerunt.

¶ Ex quibus mihi dignum videtur de
paſcha quid ſenſerit: ipſius verbis pro=
ferre. Eſt ergo inquit in primo anno ini
tium primi menſis quod eſt decimum et
octo annorum circuli principium. Secũ=
dum egyptios quidẽ mẽſis Famenoth
viceſima ſexta die ſecundum Macedo=
nes diſtri menſis viceſima ſecunda: ſecũ=
dum vero Romanos vndecimo kalẽdas
aprilis in qua die inuenitur ſol non ſolũ
conſcendiſſe primã partem. verumetiã
quartam iam in ea die habere: id eſt in
prima ex duodecim partibus. Hec autẽ
particula prima ex duodecim vernale
eſt equinoctium. Et ipſa eſt initiũ men=
ſium: ⁊ caput circuli: ⁊ abſolutio curſus
ſtellarum que planete id eſt vage dicũ=
tur: ac finis duodecime particule et to=
tius circuli terminis. Et ideo non parũ
delinquere dicimus eos qui ante ini=
tium hoc noui anni paſcha putant eſſe
celebrandum. Sed nec a nobis primis
exordium ſumit hec ratio. Antiquis iu=
deis fuiſſe comprobata demonſtratur:
et ante aduentum chriſti obſeruata ſi=
cut euidẽter edocet Philo: ⁊ Joſephus.

¶ Sed et horum antiquiores Aga=
thobolus et ab eo eruditus Ariſtobo=
lus ex Pancada: qui vnus ex illis ſe=
ptuageſimis ſenioribus fuit: q̃ miſſi fue=
rant a pontificibus ad ptolomeum re=
gem hebreorum libros interpretari in

grecum ſermonem. Qui ꝛ multa extraditionibus moyſi: proponenti regi perunctantiq; reſponderant. Ipſe ergo cum queſtiones Exodi exponerent dixerunt paſcha non prius eſſe immolandum ꝙ equinoctium vernale tranſiret. Ariſtobolus vero etiam hec addit: in die paſche non ſolum obſeruandũ eſſe: vt ſol equinoctium vernale tranſcendat: verum et luna. Cum enim duo ſint equinoctia inquit veris ꝛ autũni equis ſpatijs direpta et quartadecima die menſis primi fit ſtatuta ſolennitas poſt veſperam quando luna ſoli oppoſita e regione deprehenditur ſicut etiã oculis probari licet. Inuenitur vtiq; vernalis equinoctij partem ſol obtinens: luna vero econtrario autumnalis. Legi et in eorum libris alia multa de his validiſſimis aſſertionibus expoſita: que euidenter oſtendant paſche ſolennitatem omni genere poſt equinoctium celebrandam. Multa et alia preterea non ſolum religioſis viris: ſed ꝛ philoſophis ammiranda ſcripta anatholius dereliquit: quib⁹ ſalutaris eius eruditio ſcire volentibus innoteſcat. Huic primus theotegnus ſacerdotiũ Ceſaree tenens in epiſcopatum manus impoſuit et viuens ipſe ſibi eũ ſucceſſorem ſue cathedre ſtatuit. Unde et aliquanto tempore pariter cum ipſo Theotegno ceſarienſi eccleſie preſuit.

¶ Capitulum. xxviij. de nobilibus in eccleſia viris quorum aliquãti vſq; ad ſcriptoris memoriam perdurarunt.

SEd cum aduerſum paulum Samoſatenum Anthiochiam cõueniretur ad concilium: pretergredientem Anatholium defuncto euſebio Laodicenſis eccleſia vi ſibi vindicauit epiſcopum. Poſt quem vltimus vſq; ad perſecutiõis tempus apud laodiciam Stephanus eccleſiam gubernauit. Et ipſe eruditione et eloquentia prioribus non inferior: ſed fidei virtute longe diſſimilis: ſicut perſecutionis ignis probauit. Nihil enim philoſophie in neceſſitate tentationis oſtendit: ſed non continuo in illius infirmitate: dei paupertas oſtẽditur. Poſt huius namq; caſum prouidit deus eccleſie illi epiſcopum theodotum nomine virum non ſolum verbis: ſed rebus et virtutibus ornatum. Hic arte quidem medicus fuit: ſed ad animarum a domino tranſlatus eſt medicinam. Uere incomparabilis qui ſuper omnes pene homines: fide miſericordia ſtudio vigilantia atq; omnibus optimis inſtitutionibus claruit: in ſcripturis quoq; diuinis laborem quamplurimum geſſiſti interea apud ceſereã Paleſtine Theotigno cum epiſcopatum ſolertiſſimo peregiſſe: Agapius ſuccedit. Qui et ipſe multo labore multaq; diligentia in gubernatione populi adhibita et precipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur. A quo et vir per omnia prudentiſſimus vita eruditione moribus adornatus Pamphilus eccleſie ipſius preſbyter ſubrogat. Sed iſte pamphilus quisve ſit et quantus ꝛ vnde oriundus quoniam non erat dignum breuiter tranſcurrere: omnẽ eius vitam inſtitutionemq; a puero: ꝛ quanta in perſecutionibus per diuerſas conſeſſiones pertulerit: quoſq; agones deſudauerit: ꝛ qualiter ſuper omnia coronam martyrij adeptus ſit: proprio id opuſculo cõprehendimus. De hoc ergo quã mirabilis fuerit: illa lectio doceat. Sed et alios quamplurimos per illud tempus admirabiles: in preſbyteris viros noſtri iam memoria tenet. Ut apud alexandriam Hierium Meletum vero apud Pontũ: qui epiſcopus poſtmodũ factus eſt. Sed hiericus quidem acer ingenio in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus: vita puriſſimus: atq; ad xp̄ianam philoſophiam nudus. Et penitus expeditus doctor eccleſie incomparabilis priuatim et publice mirabiliter diſputans. Meletus vero tante fuit ſuauitatis in moribus et tante dulcedinis: vt Mel

vt Idel atticū a ſodalibus vocaretur. In omni eruditiōe perfectus in Rhetoricis talis erat: vt alijs ſtudijs nunquā vacaſſe putaretur in cunctis vero philoſophie generibus: que in quinq diuidunt diſciplinas: ita erat per ſingulas cōſummatus vt cum in vnaquaq quis experiri voluiſſent: in hac eū ſola a puero habuiſſe exercitium iudicaret. Cūq eſſet eruditionum prerogatiua magnificus: virtus tamen animi et vite ſinceritas longe in eo magnificentior habebatur. Quem nobis perſecutionis tempore in fuga propoſitum apud paleſtinam: diligentius ⁊ plenius agnoſcere licuit. Igit Hieroſolymis poſt hymeneū de quo paulo āte memorauim⁹ zapdas ſacerdotiū ſuſcepit. Qd paruo tempore amminiſtratū hermoni poſt ſe tradidit. Hic vſq ad noſtri temporis perſecutionem: apoſtolicam inibi quā ſuſceperat cathedram conſeruauit apud Alexandriam vero maximo qui ſucceſſerat dionyſio: cum decem ⁊ octo annis ſacerdotium tranſegiſſet Theonas ſuccedit cuius tempore Achillas eiuſdem eccleſie presbyter: eccleſiaſtice ſchole magiſterium tenuit eruditione fide conuerſatione ⁊ moribus inſignis. Theonas vero cum decem et nouem annis ſacerdotium inculpabiliter miniſtraſſet: ſedem tradidit Petro viro inter pcipuos egregio. Hic duodecim annos in epiſcopatu illius vrbis exegit. Quorum tres ante perſecutionem reliquos vero nouem: diuerſis in tentationum generibus duxit. Cunq ſemper in omni agone perſecutionum poſitus: artiorib⁹ ſe vinculis continentie diſtringeret: ⁊ ad vtilitatem atq inſtructionem eccleſie in verbo dei nobiliter inſiſteret: ſatiſq vigilāter erga omnem ſacerdotij curam diebus ſudaret ac noctibus: nono perſecutiōis anno epiſcopatus vero ſui duodecimo martyrij coronā capitis obtruncatione promeruit. Huiuſq ſucceſſiones epiſcoporum geſtaq diuerſa a dñi ⁊ ſaluatoris noſtri natiuitate vſq ad tempus perſecutionis in qua eccleſie quoq deſtructe ſunt: hiſtorie mandauimus. De reliquo vero agones martyrū quos ipſi per noſmetipſos vidimus deſcribētes: poſteris ad memoriam relinquamus.

¶Explicit liber ſeptimus.

¶Incipit liber octauus.

Apoſtolorū ſucceſſionib⁹ intra .vij. libros a nobis cōcluſis in hoc octauo volumine dignū credidi etiam ea que noſtris tpibus geſta ſunt poſteriorum memorie derelinquere: ⁊ hinc iam nobis ſermo ſumat exordium.

¶Cap. j. q iuſto dei iudicio dira in xpianos perſecutio ſub diocletiano orta eſt.

Etenim ante noſtri tpis perſecutionē q̄s mirabiliter q̄qʒ magnifice per vniuerſum mundum ſermo xpi ⁊ pietatis doctrina profecerit: et inquantū ſublimitatis aſcēderit: enarrare vires noſtras ſuperat. Naſci tamē ⁊ ex hoc poſſibile eſt qd aliquanti ex principibus romanis: ⁊ facultatem reddēdi prouincias: iuriſq dicendi noſtris prebebant. Et coniugibus ac miniſtris atq vniuerſe domui ſue nō ſolum credere in dñm noſtrū ieſum xp̄m verum ⁊ cū omni fiducia ac libertate in fide agere ſinebant: ita vt illos ſibi fideles ac familiares ducerent de qbus certi erant q pro fide xpi nihil perfidū ſaperent. Sicut fuit opinatiſſimus ille dorotheus in cubiculo regum: qui propter fidem domini fideliſſimus in omnibus habebatur. Unde et cunctis preferri et honore meruit: ⁊ amore. Cū quo ⁊ Gorgonius ceteriq cum ipſis in dño fideles: vel qui intra palatiū in ſummis honoribus erant vel qui ad prouincias gubernandas preferi ceteris fidei contemplatione merebātur. Iam vero multitudines coeuntiū intra eccleſias populorū: et precipue in dieb⁹ feſtis innumerabiles cateruas per loca ſingula confluentes: quis digne poterit explicare: cū ne

ipſa quidē antiqua receptacula ſufficerent ſed quotidie orationū domus dilatarentur: ita vt amplitudo earum cōcludere inſtar vrbium videretur. Sic per tempus plurimum eccleſiarum ſtatus incremētis proſperioribus augebatᷣ: et gloria earū terris excedēs ⁊ cuncta ſupereminens feſtinare videbatᷣ ad celū. Nulla enim occurrebat inuidia: nullus liuor nequiſſimi demonis obuiabat: qm̄ quidē celeſtis dextere fulciebatᷣ auxilio populus etiā tū bene de deo ꝓ pietatis cultu ⁊ iuſtitie obſeruatione ꝓmeritis.

26 ¶ Verū vbi ex multa libertate multaqꝫ indulgētia vitiati ſunt mores ⁊ diſciplina corrupta eſt: dum alter alteri inuidem⁹: ⁊ alter alteri derogamus: dūqꝫ nos inuicem mordemus ⁊ incuſamus ⁊ aduerſum noſmetipſos inteſtina prelia commouemus: dū verborū iaculis proximorum corda terebramus: dū princeps cū principibus populi cū populis: ſeditiones certamina concitamus: dū ſimulatio in vultu dolus in corde fallacia profertur in verbis: ⁊ malorū per ſingula cumulus intumeſcit: diuina prouidentia iacturam diſcipline populo ſuo illatam ex plurima pace ⁊ nimia ſui lenitate ꝑſpiciens: aggreditur primo ſenſim refrenare lapſantes: ⁊ integro adhuc eccleſie ſtatu congregationibuſqꝫ manentibus indulget interim eos qui erant in militia tantū gentilium perſecutiōe pulſari. Sed cum nullus ex hoc clementie eius intellectus populis redderetᷣ: quin potius velut ignorātes deū: abſqꝫ diuina prouidentia res agi ducerent: ⁊ per hoc eo magis perſiſterent in malis ſuis atqꝫ ipſi qui duces populi videbantur ⁊ principes: diuini mandati immemores effecti: aduerſum ſeinuicē cōtentionib⁹ zelo: liuore: ſuꝑbia: inimicitijs atqꝫ odijs inflammarentur: ita vt tyrannidem potius ꝙ̄ ſacerdotium tenere ſe crederent xp̄iane humilitatis et ſinceritatis obliti: ſacra miſteria prophanis mentibus celebrarent. Tunc demum ſm̄ vocem hieremie ꝓphete obſcurauit dn̄s in ira filie ſyon: et deiecit de celo gloriaꝫ iſrael (nec rememoratus eſt ſcabellū pedum ſuorū in die ire ſue). Et ſicut iterū dicit. Submerſit dn̄s oēm decorē iſrael: ⁊ oēs macerias eius deſtruxit. Et rurſum ſicut dicit i pſalmis. Deſtruxit teſtamētū ſerui ſui: polluit in terra ſanctificationē eius per eccleſiaruꝫ ſcꝫ ſubuerſionē. Et deſtruxit oēs macerias ei⁹: poſuit munitiones eius timorē: diripuerunt populū eius oēs q̄ tranſierunt per viā. pro quibus cunctis opprobriū facti ſumus vicinis noſtris. Exaltauit eñi dexterā inimicorum noſtrorū et auertit adiutorium gladij ſui ⁊ non adiuuit nos in bello: ſed ⁊ deſtruxit eū ab emūdatone: et thronū eius eliſit in terra. Paucos fecit dies noſtros: ⁊ ſuper oīa effudit ſuꝑ nos cōfuſionē. Summa namqꝫ malorū nobis affuit oīm: tunc cum domus orationis ⁊ eccleſie dei viui ad ſolum deducte ſunt atqꝫ ab ipſis ſubuerſe ſunt fundamētis. Diuine vero ſcripture in medio plateарū igni cremate ſunt. Pro nephas: ipſi hec noſtris vidimus oculis. Sacerdotes dn̄i ⁊ paſtores eccleſiarū publice denudatos: inuerecūde: ⁊ inhoneſte huc atqꝫ illuc ab impijs trahi: ita vt compleretᷣ ille ſermo ꝓpheticus q̄ ait. Effuſa eſt ꝯtumelia ſuper principes ⁊ ſeduxit eos in inuio ⁊ nō in via. Sed non eſt noſtrum deſcribere: quāta in ſacerdotes dei iniuriarū genera collata ſunt. Sicut ne illud quidē noſtrum duxim⁹ exponere ſingulatim quāta prius inter noſtros rabies diſſenſionis exarſerit. Hoc ſolū hiſtorie tradere licuit ꝙ iuſto dei iudicio ⁊ neceſſaria correptione diuinā ſenſimus manū. Neqꝫ eñi refert in mediū proferre: ꝓ quibus vel turbo perſecutionis inuectus eſt vel quos ꝗ̄toſqꝫ infidelitatis procella ſubmerſerit. Sed illa ſola cōmemorabo que vel nos ipſos dicētes: vel alios edificent audientes. Propter qđ hinc iā diuinos agones beatiſſimorū martyrū breuiter inꝗ̄tum poſſumus explicabimus.

¶ Cap. ij. de diriſſimis diocletiani in rē chriſtianam edictis.

NOnus decimus agebatᷣ annus imperij Diocletiani: mēſis martius et dies ſolennis paſche imminebat: cū edicta principis per oēm terrā ꝓponebantᷣ: vt ecclē

q̃ vſq̧ ſunt eccl'ie ad ſolū vſq̧ deſtruerentur. Scripture ſacre igni exurerent. Si quis inter nr̃os alicui⁹ honoris ꝓrogatiua muniret̃ ſublata hac maneret infamis. Si q̃s ſeruorū ꝑmāſiſſet xp̄ianus libertatem cõſequi nõ poſſet. Hec omnia his que primo aduerſum nos lata ſunt continebantur edictis.

¶ Capitulū. iij. de perſecutione diocletiani in generali.

Non multo poſt hoc vt tp̄is addunt̃ alia iubet vt oẽs qui ꝑ loca ſingula eccleſijs pſunt primo quidẽ conijciant in vincula tum deinde omnibus ſupplicijs ſimulachris immolare cogant̃ Hincvero ingẽs ſpectaculū ſacerdotes dei effecti ſunt huic mundo ⁊ angelis et hoīb⁹ cū pſecutorū crudelitate ad ſupplicia raperent̃: ⁊ agones mirãdos omnib⁹ deſudarẽt. Illos autẽ q̃ et multo plures fuerũt q̃s met⁹ oppreſſit ⁊ ante ꝯgreſſionẽ ſolus terror eliſit preterire melius puto Ceteri vero quoꝝ mẽs ꝓ̄ptior et fides validior fuit tormẽta patiebant̃: flagris alij diſcerpebantur: alij vngulis fodiebant̃: alij ignitis laminis vrebant̃. Ex q̃bus nõnulli quidẽ fatigati cedebant: alij vſq̧ ad finẽ patientiã ꝯſeruabãt. Ex ipſis aũt pſecutorib⁹ quidã tãq̧ miſeratione vſi adhibebant nonnullos noſtrorū ad inceſta ſacrificaſſent conclamabant cū nõ ſacrificaſſent. De alijs vero cum ne appropiaſſent quidẽ idignis hoſtijs acclamabãt ipſi q̧ iã immolaſſent ⁊ abſcedebãt in eo tantū culpabiles q̧ crimẽ ſibi obiectū cū ſilentio paterent̃. Alij ſeminiui ſublati tanq̧ mortui ꝓijciebantur. Alij pedib⁹ tracti inter eos qui ſacrificaſſent deputabant̃. Aliq̃ ſane clamabant ingenti voce: ⁊ teſtabant̃ ſe non ſacrificaſſe: ſed eſſe xp̄ianos tali ſe gaudentes cõfeſſione decorari. Nõnulli etiam maiore fiducia neq̧ immolaſſe ſe neq̧ vnq̧ immolaturos eſſe teſtabant̃. Quibus tñ ab aſſiſtẽtib⁹ militib⁹ ora cõtinuo atq̧ oculi ꝯtundebant̃ vt tacerẽt violenterq̧ expellebant̃ tanq̧ acquieuiſſent. Tm̄ erat impijs ſtudijs vt ꝓpoſitũ ſuũ viderentur impleſſe. Sed nõ aduerſum btõs martyres impune hoc facere licebat quo⁹ ū patientie ⁊ magnanimitatis virtute ꝯmis nullus digne ꝓferat ſermo tamen ꝑ mediocritate virium noſtrarū que poſſum⁹ enarrabimus.

¶ Cap. iiij. de eodem.

Oritur prio oĩs q̃m ſicut diximꝰ ignis hui⁹ exordiū iter ſolos militares pusſcitulla ꝯflauerat atq̧ delegerẽt ſi q̃ eſſent iter milites xp̄iani: vt aut imolãdũ ſibi ſcirẽt aut militiã pariter vitãq̧ ponẽdã plurimi ex ipſis militiã ꝑ fide xp̄i pauci etiã alias poſuere. Cum vero inde flãma ſumens initiũ tota per populos ⁊ ſacerdotes exaggeraſſet icẽdia poſſibile nõ eſt numero ꝯprehẽdi quanti quotidie pene ꝑ ſingulas quaſq̧ vrbes ⁊ puincias martyres efficiebantur.

¶ Ca. v. de pſecutiõe diocletiani apd nicomediã ⁊ nobili vni⁹ xp̄iani facto.

Et enim apd nicomediã vir q̃dã de nobilibus honore ⁊ dignitate ſeculi illuſtriſſim⁹ ſit: vt vidit aduerſum cultores dei in toto crudelia edicta pẽdere calore fidei nimio ignit⁹ publice ꝑplo iſpectãte iecta manu librũ iniq̃ legis detrahit ac minutatĩ diſcerpit. Auguſto in eadẽ vrbe ſit cũ ceſare ꝯſtituto. Ad q̃s cũ relatũ eſſet religioſi ⁊ illuſtris viri factũ ꝯtinuo oĩ in eũ crudelitatis gñe deſeuiẽtes ne in hoc q̃dẽ ſolũ efficere quiuerunt vt eum meſtum aliquis videret in penis ſed leto atq̧ hilari vultu cũ iã viſcera in ſupplicijs defeciſſent ſpũs tñ letabatur in vultu ex quo tortores ſui grauius cruciabantur q̧ oĩa ſuppliciorum genera conſumebant in eum quẽ ne triſtẽ quidẽ ex his reddere poterant.

¶ Cap. vj. de petri dorothei: ⁊ gorgonij martyrijs ⁊ agonibus.

Poſt hunc ad vnum et dorothei ſodalibus q̃ in cubiculo regis erãt q̧q̧ ꝑ in affectu habiti fuerãt ſuperorꝝ intẽtionis transfertur inſania.

¶ Ceterū cũ de immenſiſi ſupra m ex

morati martyrio ſupplicijs liberius cau
ſaretur educi ipſe iubetur in mediū atq
immolare cōpellit abnuens imperatur
appendi ⁊ flagris toto corpore laniari vi
delicet: vt doloris neceſſitate faceret qđ
ꝑtiebat inuitꝰ. At ille cū maneret immo-
bilis viſceribus iā pene nudatis iubetur
aceto ⁊ ſale ꝑfundi. Cūq etiā hoc tormē-
ti genus conſtāter ac fortiter toleraſſet
craticula prunis ſubtracta ꝓponi iube-
tur in medio ibiq qđ reliquū fuerat in
verberibꝰ aſſumpti corpis ſuperponi ⁊ nō
ad ſubditū ſed ſenſim paulatimq ſuccen
di quo ſcꝫ pena ꝓtelaret in longū. Cūq
miniſtri ſceleꝝ in hūc modū corpꝰ modo
inde verſantes ꝑ mēbra ſingula penas in-
ciperēt ⁊ ſupplicia renouaret ſperantes
ſe ab eo elicere poſſe cōſenſum ille firmꝰ
in fide ⁊ ouās in ſpe cōſumptis iā et igni
reſolutis carnibꝰ ſuis vltimū ſpm̄ in fi-
de letus exhalat. Tali petrꝰ (hoc enim ei
nomen eſt) martyrio decoratus vere pe-
tri extitit ⁊ fidei heres ⁊ nominis. ¶ Huiꝰ
inſtitutor in diſciplina et magiſter in of-
ficijs q̄ intra palatium exhibebant doro-
theus erat cubiculi regis prepoſitus ha
bens ſecū officio fide et magnanimitate
patrē gorgoniū. Quorū inſtitutionibus
optimis oēs pene cubiculi miniſtri in fi-
de dei vigilāter ⁊ libere perſiſtebāt. Do
rotheus igitur et gorgonius cum petrū
tā crudelibꝰ viderēt atq immanibꝰ ſup-
plicijs cruciari conſtanter et libere cur
(aiunt) Imperator punis in petro mētis
ſniam q̄ in nobis omnibꝰ viget. Ut qđ in
illo crimē ducit qđ a nobis oībus confite
tur. Hec nobis fides hic cultus et vnani
mus eadēq ſnia. Quos ille cū in medio
nihilominꝰ venire iuſſiſſet ſimilibꝰ pene
vt priores ſupplicijs affectos ad vltimū
laqueo appēſos necari iuſſit. Tūc ⁊ an-
thimus ipſius vrbis epiſ in dñi noſtri ie-
ſu xp̄i cōfeſſione ꝑdurās martyrij gloriā
capitis obtruncatiōe ſuſcepit. Hunc aūt
tanq̄ vere bonū paſtorem viā martyrij
precuntē vniuerſa pene gregis ſui mul-
titudo ꝓſequitur. Accidit nāq apud ni-
comediā in ipſis diebꝰ partē aliquā pala
tij incendio cōflagrare. Hoc imperator a
noſtris factum falſa ſuſpitione preſum-
pſit. Ex quo ineſtimabili furore ſucceſus
iubet oēs nr̄os aceruatī collectos alios
quidē gladio obtrūcari alios ignibꝰ con
flagari. Sꝫ in illis per diuinā gratiam
maior fide ignis ardebat. Deniq cū aſſi
ſtentes miniſtri interrogarēt ſingulos ſi
qui forte ſacrificaturi vellent dimitti tā
viri q̄ mulieres ne interrogari quidē ſe
patiebant: ſꝫ vltro vel flammis irruere:
vel cedentibꝰ gladijs certatim obiecta-
re ceruices. Cūq iam illis ipſis ſpectato-
ribꝰ nimietas crudelitatis horreſceret
miniſtri ſceleꝝ partē populi nauiculis i-
iectā in mediū pelagi abducāt. Ibiq in
ſnia fidei perſiſtentes precipitāt in ꝓfun
dum. ¶ Intm̄ vero apud eos rabies cru
delitatis exarſit: vt regios pueros mar-
tyres effectos cum ſcđm humanitatis or
dinē fuiſſent ſepulture mandati effode-
rent denuo ⁊ corpa eorū ꝓijcerent in ma
re. Hoc dicētes: ne forte dij efficiant xp̄ia
norū. Et illi q̄ deos adorare nolūt ſeruos
noſtros incipiant adorare. Putant enī
q̄ diuinus apud nos honor martyribus
deferatur.

¶ Cap̄. vij. de perſecutione diocletia
ni apud meleten ſyriā ⁊ tyrum.

CUm hec apud
Nicomediam gererent vbi
cruentus ⁊ ferox autor ipſe
crudelitatis piorū carnibꝰ
inhiabat haud ſegniꝰ eſſet
apud Meleten prouinciam.

A ¶ Syriāq oēs eccleſiaꝝ principes
carceribꝰ retrudi ⁊ in vincula cōuinci edi
ctis ꝑncipalibꝰ vrgebant. Simulq cum
his ex plebe viri ac mulieres nobileſq
⁊ ignobiles rapiebant ⁊ fiebat vbiq ſpe
ctaculū miſerabile ac fedū. Subito nanı-
q inueniebat in vrbe ſilentiū in carceri-
bus conſtipatio in vrbe ꝑ plateas homo
nullꝰ in carceribꝰ vacuus locꝰ nullus: vt
nō tā rei ad ergaſtulū duci q̄ ciuitas to-
ta migraſſe videret ad carcerē. Catene
q̄ homicidis adulteris venenarijs et ſe-
pulchrorū violatoribꝰ fuerant fabricate
nūc epiſcoporū ⁊ ꝑſbyteroꝝ diaconorūq
atq oīm religioſoꝝ hoīm colla conſtrin-
gunt: ita vt criminoſis nec vincula ſuper-
eſſent nec locꝰ ergaſtuli reſideret. Uerū
cū perueniſſet ad principē eſtuare carce

reos: ⁊ ꝑ innocentium penas locū deeſſe criminoſis: noua rurſum decreta mittūtur: vt ex his ꝗ cõcluſi erãt ſi quis immolare vellet quilibet abſcederet. Qui vero abnueret diuerſis penaꝝ generibꝰ interiret. Tum iã quãte ꝑ ſingulas ꝓuincias multitudines martyrū ⁊ ꝓcipue in affrice ac mauritanie thebaidis quoqꝫ atqꝫ egypti regionibꝰ extiterint numero cõprehendere quis valeat?

B ¶ Sed illoꝝ ne quidē quoꝝ agone apud paleſtinã vel Tyrū (que eſt vrbs maxima fenicie) preſentes inſpeximus: dignum eſt memorare ſufficimus. Tãta etenim ab eis ꝟtute perſeuerãtie aduerſum illata ſupplicia ꝓ pietate certū eſt: vt niſi quis prius dño: ⁊ ſaluatori noſtro credat dicenti q2 ecce ego vobiſcum ſum oībus diebus vſqꝫ ad conſummationem ſeculi: ⁊ eius virtutē martyribꝰ ſciat eſſe preſentē rebus geſtis deroget fidem. At nos vt dixi nō audita: ſed oculis noſtris inſpecta narramus. Exquirebant diuerſa tormentoꝝ genera ſibi inuicem ſuccedentia. Flagris primo per oē corpus dei martyres carpebantur. Poſt hec trahebant ad beſtias. Adhibebantur leones vel pardi atqꝫ omne ferarū genꝰ. Apri quoqꝫ: ſed ⁊ tauri. Quibus ferro ⁊ igni ferias addebant. Preparabant hec oīa aduerſum cultores dei ⁊ oīs cõtra eos hominū beſtiarūqꝫ elementorū crudelitas armabant. Ad hec dei cultores denudati ſtatuunt in medio arene loco. Additur adhuc arte intra caueas beſtijs furor. Et ita ſeuiores ſemetipſis effecte ꝓrūpūt clauſtris. Replent ſubito ſtadiū circundant eccleſiã martyrum in medio ſitam. Circūeunt ſepiꝰ ⁊ obluſtrãt ⁊ diuine virtutis adeſſe eis cuſtodiã ſentiētes ꝓcul ab eorū corporibus abſcedunt. Sꝫ ilico furor qui reprimebatur in beluis trãſit in hoſtes. Nemo preſentē dei virtutem nemo diuinum pijs adeſſe ſentit auxilium. Sed mittunt quibꝰ hoc artis eſt inſtigare beſtias aduerſum eos diuina dextera deſcendebat. Verū ille vt oſtenderent oībus nō feritatē deeſſe beſtijs: ſed diuinã dei cultoribus adeſſe cuſtodiam illos ipſos qui ad inſtigandū mittunt incredibili velocitate diſcerpunt. Et cum iam nullus ex huiuſmodi artificibus auderet accedere iubent ipſi ſancti martyres cõmotis manibus et velut prouocantibus incitare aduerſum ſe beſtias. Sed ne ſic quidē pati aliquid poterant. Verum et ſi forte aliqua fuiſſet ex beluis concitata cum veniſſet ad proximū protinus in ſemetipſam conuerſam repedabat. Tunc vero ſtupor ingens et pauor oēs qui in ſpectaculis conſidebãt inuaſerat videntes homines nudos in quibus plurimi prime adhuc etatis in medio tot ac tantarum poſitos ferarum intrepidos omnes ⁊ impauidos extēſis ad celū palmis ⁊ oculis ac mente totos cum deo non ſolum nihil curare terrena verum ne carnem quidē ſuã magni pendere et ipſis iudicibus pauore trementibus reos leto ⁊ hilari vultu in medio perſiſtere beſtiarū. Sed o dure et impie mortaliū mētes. Beſtiarū feritas dei virtute manſueſcit: humana vero rabies nec ferarū miteſcit exemplis. Sed tentatur adhuc ab omnibꝰ deus. Iubentur alij vere criminoſi beſtijs ſubigi qui tum ilico vt apparuerunt: alius a leone alius pardo ab vrſis alius exeſus: aut a tauro in aera diſperſus eſt. Et ita intra momentum tēporis perierūt. Sed nec ſiquidē incitate beſtie cultoribus dei aliqd moleſtie generabãt diuino ſpiritu eos velut muris validiſſimis ambiente. Veras nãqꝫ ille eſt qui dixerat vbi fuerint ex vobis duo vel tres cõgregati in noīe meo ibi ero in medio eorum. Cū igit nec ſic quidē aliquid egiſſet humana ſeuitia iubentur mutari fere ⁊ ablatis prioribus alie rurſum dimitti. Que cū ⁊ ipſe ſimiliter vt priores nihil triſte dei cultoribꝰ intuliſſent amotis etiã his ſeuiores feris martyribꝰ homines mittunt ꝗ ſoli poſſent immanitate beluas crudelitate feras atrocitate beſtias ſupare. Gladijs igit peragunt qꝫ beſtijs nequiuerūt. Et vt in oībꝰ ſe oſtenderent beluis eſſe nequiores ꝓhibebant ēt cadauera mãdari terre: ſꝫ iubebãt fluctibus dari. Hec apd tyrū venerãdi martyres ꝗ ad illam vrbē de egypti partibꝰ venerãt mirifica certamina deſudarunt.

¶ Capi. viij. de eadem perſecutione apud egyptum.

IN ſua vero prouin=
cia apud egy
ptum innumerabiles alij
nō inferiori gloria tā viri
q̄ femie ſz ⁊ pueri ⁊ ſenes
ꝑ fide dhi nr̄i ieſu xp̄i ꝑſen
temvitā paruipēdētes future glie beati
tudinē queſiuere. Quidā ex ipſis verbe=
ra poſt vngulas poſt flagella alioſq̄ di
uerſis generis horribiles cruciat⁹ flam=
mis traditi ſunt. Alij in mare ꝑcipitati.
Nonnulli etiam capite ceſi: ita vt ſponte
ceruices ſuas ſecuribus darent. Nōnul
li inedia cōſumpti. Alij patibulis affixi.
In quib⁹ q̄dā more ꝑuerſo capite deor=
ſum preſſo pedib⁹ in ſublimib⁹ ſublatis.

¶ Cap. ix. de incredibili perſecutione
apud thebaidam et pulchra fortiq̄
xp̄ianorum confeſſione.

APud thebai=
dā ꝑo oēm narrationē ſu=
perat agitata crudelitas
ꝑ vngulis teſtas fictiliū vaſ
culoꝝ adhibebāt tortores
q̄bus oē corp⁹ eo vſq̄ lacerabāt donec to
tā carnis eraderēt cutē. Mulieres q̄z nu
das (ita vt ne pudēda q̄dē ꝯtegerent) ar=
te quadaz cōpoſitis machinis vno pede
in excelſum ſuſpēſas ⁊ capite in terrā de
merſas indigniſſimo ſpectaculo expoſi=
tas pēdere ꝑ diē cōtinuū ſinebāt. Alias
ſicubi vicine ſibi due arbores inueniebā
tur vi quadā ab vtraq̄ inflexis cōtra ſe
inuicem ramis eiſq̄ ſingulis ſingulos pe
des martyris obligantes ſubito ramos
quos vi inflexerāt relaxabāt. Qui cū ad
ſitū ſuū naturali impetu referrent diſcer
ptis diſſectiſq̄ viſceribus auulſa ſecum
mēbra rapiebāt. Et hoc nō paucis aliq̄
bus aut quotidie q̄ſi nimiū decē interdū
⁊ centū in vna die viri vel mulieres ſed
⁊ paruuli ſupradictis penarū generibus
trucidabant. Uerū ⁊ nos ipſi ꝑ idem tp̄s
cū in egypti partib⁹ iter ageremus ocu=
lis nr̄is inſpexim⁹ vt ſedēti ꝓ tribunali=
bus ſeuiſſimo preſidi offerebantur innu
meri fideliū populi. Quos ille ſingulos
ꝑ ordinē cōfeſſos ſe xp̄ianos capite ple=
cti iubebat. Cūq̄ ij certatim ſe et ſponte
gladio ſubijcerēt ꝯfeſſione premiſſa ille
inhumanus ⁊ crudus nec multitudinis
cōtemplatiōe nec virtutis eorū magna=
nimitate ꝑmot⁹ duci nihilominus oēs ⁊
cedi capite iubet. Egrediunt cuncti pa=
riter ad cōtiguū menib⁹ campū nō carni
ficū neruib⁹ tracti ſz fidei vinculis colliga
ti. Nemo defuit cū nemo ſeruaretur ſpō=
te oēs imo ⁊ alter alterū preuenīētes cer
uices cedentibus obiectabant. Defece=
rūt carnificū manus ⁊ ſuccedentes ſibi in
uicē fatigati ſunt. Hebetata eſt acies gla
dij. Uidebā feſſos reſidere carnifices vi=
res reſumere animos reparare mutare
gladios. Diē quoq̄ ipſum nō ſufficere ad
penā. Nullus tñ ex oībus nec paruulus
quidē infans deterreri potuit a morte.
Sed hoc ſolum ſinguli paueſcebant ne
forte dum properum ſol vergens claude
re diem ſeparatis a conſortio martyruz
remanerēt. Sic confidentia fidei conſtan
ter ⁊ fortiter cū letitia ⁊ exultatione mor
tem preſentem velut eterne vite princi=
pis rapiebant. Deniq̄ cū priores quiq̄
iugularent reliqui nō deſidie aut torpo=
ri animos indulgebāt ſed pſallentes: et
hymnos deo canentes locum quiſq̄ ſui
martyrij expectabat: vt hec agētes etiaz
extremos ſpūs in dei laudib⁹ exhalarēt.

¶ Cap. x. de filea martyre eruditione
⁊ ſcriptis ei⁹ ſimul ⁊ de flouini roma=
norum ducis paſſione.

UEre mirabi=
lis ⁊ omni veneratiōe dignus
grex ille beatorū: turma viro=
rum fortium: corona ſplendo
ris: gloria chriſti.

A ¶ Hanc ſane coronā precioſior om
ni omniū lapis ⁊ gemma nobilior Fileas
adornabat. Hāc turmam preibat doctor
illuſtrior. Hūc gregē paſtor nobilior de=
corabat. Huius filee martyris paſſionez
apud gregoriū hyſtorijs egregie cōſcri=
ptū recognoui atq̄ mirabiliter eū apud
impios de diuina religiōe nimiū diſpu=
taſſe vt ⁊ necem Socratis ph̄i quā apud
athenas pro veritate tulerit in teſtimo=
niū illis ꝓtuliſſet. Fileas huic nomē eſt
qui erat ep̄s vrbis ipſius q̄ appellat thi=
miis. Hic nobilitatē primi generis ſecū=
dum animi virtutē de celeſtibus trahe=

bat. De terrenis vero quātū ad ſeculū
pertinet: primis in romana republica
fuerat honoribꝰ functus. Eruditione q̄ꝫ
liberaliū literarum ⁊ oībus q̄ ad animi
ꝟtutē ꝑtinēt exercitijs apprime eruditꝰ
nouiſſimā hāc que prior eſt oīm ſm dn̄i
ph̄iam ita ſuſcepit vt oēs q̄ preceſſerant
anteiret. Cūq̄ plurimos propinquos ⁊
cōſangwineos nobiles viros in eadē vr=
be haberet frequēter ad ꝑſidē ducebāt.
Eiuſq̄ monitis acqeſcere tot ⁊ tātis ꝓ=
pinquis exorātibus reſpectum habere
vxoris ⁊ contemplationē ſuadebāt ſuſci
pere liberoꝝ neq̄ cepta preſumptione
ꝑſiſtere. Ille velut ſi ſaxo immobili vnda
alliderēt garrientiū dicta reſpuere ani
mū ad celū tendere deū in oculis habe=
re parētes ⁊ ꝓpinquos ſctōs martyres
⁊ ap̄los ducere. Aderat tunc quidā vir
agēs turmam militū romanoꝝ filoromꝰ
noīe. Qui cū videret ſileā lachrymis ꝓ=
pinquoꝝ circūdatum ⁊ ꝑſidis caliditate
fatigari: nec tn̄ flecti: aut infringi vllate
nus poſſe exclamat. Quid inaniter ⁊ ſu=
perfluo cōſtantiā viri tētatis: q̄d cū qui
fidē deo ſeruat infidelem voūſtis efficere.
Quid eni cogitis negare deū vt hoībus
acquieſcat. Nō videtis q̄ aures eius ve
ſtra verba nō audiūt q̄ oculi eius veſtras
lachrymas non vident q̄uo poteſt terre
nis lachrymis flecti cuius oculi celeſtem
gloriam cōtuent. Poſt hec dicta cūctoꝝ
ira in filoromū ꝯuerſa vnā eādēq̄ cū cū
ſilea ſubire ſn̄iam poſcunt: quibꝰ libēter
annuēs iudex vtrūq̄ plecti capite iubet.
❧ ¶ Verū qm̄ ſilee fecimꝰ mentionē
⁊ ingenij atq̄ eruditionis eiꝰ ſtudiū ꝑdi
cauimus, non videt̄ abſurdū ſi aliqua ex
opuſculis eius in quibus de martyrum
paſſionibꝰ mēmorat hyſtorie huic q̄ ad
rem vere ꝑtinent inſeramꝰ. Scribēs igit̄
ad thinnitas idem ſileas poſt aliquāta
hec refert. Moꝝ vero nobis bonoꝝ exem
pla ꝓbuerunt beati martyres q̄ vna no=
biſcū in agonibꝰ perdurātes ſcdm̄ q̄ ex
diuinis ſcripturis fuerant inſtituti ocu=
lum mentis ſue in deo habētes deſixum
mortē pro pietate abſq̄ trepidatione ca
piebāt. Indeſinenter eni cōſiderabāt
dn̄m nr̄m ieſum xp̄m ꝓpter nos hominē
factū hoc nos docuiſſe vt vſq̄ ad mortē
obluctemur aduerſum pctm̄. Siquidem
ipſe nō rapinas arbitratꝰ ſit eſſe ſe equa
lē deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formā
ſerui accipiēs ⁊ habitu repertus vt hōi
humiliauit ſemetipſum vſq̄ ad mortem:
mortem aūt crucis. Cuiꝰ exēplum ſecuti
beati martyres oēs cruciatꝰ ⁊ penas ſu
ſceperūt: ne fidei ſue conſciētiā macula
rēt: qm̄ quidem perfecta in eis charitas
foras eijciebat timorē. Quorum ſi velim
nunc tolerantie enumerare virtutes ⁊
exponere robur conſtantie: nec mihi co=
pia tanta ſermonis eſt nec puto alijs ni=
ſi his ſolis qui oculis ſuis intuebātur q̄
geſta ſunt videri credibilia. Erāt enim
expoſiti omnibus volentibus pro libidi
ne inferre ſupplicia: ⁊ ſi quod aliquis ꝑ
ocium excogitans nouū genus ſupplicij
detuliſſet licebat inferre. Verberabātur
ergo alij fuſtibꝰ alij virgis flagris q̄ꝫ alij.
nōnulli loris diſtricti vel funibꝰ appenſi.
Et erat ſtudiū ꝑ ſingulos pene nouū ge
nus inuenire ſupplicij. Poſt tergum alij
vinctis manibus appendebātur: ⁊ Tro
cleis diſtenti membratim diuellebātur.
Jam vero vngulis exarari vetus ⁊ leue
ducebatur. Qd̄ ⁊ ſi forte genus ſupplicij
cuiq̄ꝫ fuiſſet adhibitū non vt latronibꝰ et
homicidis ſolet tm̄ latera fodiebantur:
ſed ⁊ venter et femora ac tibie ⁊ vſq̄ꝫ ad
vngues vngula perueniebat: ſed ne fa=
cies quidē ac vultꝰ et frons a tormentis
remanebat immunis. Addebatur ⁊ hec
ſuper omnia: vt poſtea q̄ꝫ fuiſſent hūana
corpora abſq̄ꝫ omni humanitate lania=
ta expoſita in publico ⁊ nudata non ſolū
veſte ſꝫ etiā cute: crudele cunctis preter=
euntibus ſpectaculum fierēt: quoſdā co
lūnis diſtrictos et poſt tergum diſtortis
brachijs vinctos relinquebant. Jam ve
ro ꝗ qui ante preſidem ſuſpendeban=
tur non id ſolum temporis quo ab eo vl̄
diſcutiebantur vel cruciabantur: ſed to
tum pene diem cum alij actus agerent=
tur in eculeis exigebant ſi forte aliqui
ex his iugi pene continuatione ꝯ pro=
poſiti firmitate deciderent. Tanta ve=
ro in his crudelitas erat et intantum
ab eis omnis penitus humanitatis ſen
ſus aufugerat: vt poſtea quam omne
corpus vel tormentis vel verberibus

fuiſſet aſſumptum trahi nudum pedibus rurſuz iuberetur ad carcerem atq ibi neruo pedibus concluſis recentibus adhuc terga vulneribus reijcerentur in ſolum teſtarum fragmentis ſubter ſtratum. Interea quã plurimi vſq ad mortem conſtanter et fortiter perdurantes inuentoribus ſcelerum inaniter intẽtare crudelitatis pudorem non minimum conferebant. Alij vero recepta corporis ſanitate ad reparandos denuo agones diſpenſatores penarum ſponte prouocabant. Quos illi erubeſcentes rurſum ad tormẽta reuocare ipſa eorum audacia perterriti capite eos cedi iubebant. Iſti ſunt veri in deo philoſophi beati martyris filee voces: quas in vinculis poſitus ꝛ in carcerem retruſus commiſſe ſibi eccleſie ſcribebat quibus vna ſecum ſocios eos martyrum ꝛ cõſortes faceret celeſtium coronarum.

¶ Cap. xi. de perſecutione in xp̄ianos ſtupenda apud phrygiam.

NAm vero illud quod apđ phrygiã geſtũ eſt qs audeat preterire: in quo ꝛ omnia humanitatis ꝛ propria romani regni iura violata ſunt vbi vrbẽ quãdã xp̄ianoꝝ ciuiũ in qua cum ꝛ populus ols ꝛ honorati viri ꝛ curator ac magiſtratus xp̄ianos ſe eſſe: nec acde ſcere ad ſacrificandũ faterẽtur circũdari militibus iubent cũctoſq ſimulq cum mulieribus viros cũ puulis ſenes cum ciuibus ciuitatem: iniecto igni cõcremari ita vt nullus penitus ex illa vrbe etiã cũ optio violẽtibus daretur abſcederet. Et hoc in ciues perpetratum eſt: qđ in hoſtes egiſſe nota crudelitatis habuiſſet. Uerũ beati huius numeroſiq martyrũ pariter ab vniuerſa vrbe ſuſcepti autor et duxerit vir pietate et religione atq ol benignitate clarus adoctus nomine patria ꝛ genere italus honoribus palatij p gradus ſingulos vſq ad officiorum magiſterium perfunctus rationes quoq p illud tp̄s ſummarum partiũ amminiſtrans qui in ſupradicta vrbe degebat. Cuius in confeſſione xp̄i cõſtantiã ois populus ſecutus boni ducis exemplo ſummarũ vere ptiũ p martyrũ cõſecutus eſt palmã. Sed vñ ſufficimus ꝓpria vnuſcuiuſq martyris p ſingulos enũerare ſupplicia. Quis eñ poſſit vel illa repetere qbus apđ arabiã ſcti martyres ſecuribꝰ ceſi ſunt: aut quõ qs repeterat q̃ in capadocia geſta ſunt vbi crura frãgi dei cultoribꝰ iubebantur. Quis meſopotamie referat cruciatꝰ: vbi xp̄ianos ſui tergoris more ſingulis manibꝰ pedibuſq ſuſpenſos amariſſimo fumo ſubter ingeſto indignis cruciatibꝰ enecabãt. Alios do lento igni ꝓpe adhibito tormẽtis lõgioribus abſumebant.

¶ Cap. xij. de perſecutione diocletiani apud alexãdriam ꝛ nimia quatuor chriſtianarum virginum pudicitia.

ILla autẽ quõ replicẽ q̃ apud alexãdriam geſta etiam veterum poetarum fabulas vincũt vbi obtruncatis auribꝰ atq inhoneſto vulnere naribꝰ manuũ quoq ceteroꝝq mẽbroꝝ ſummitatibus amputatis truncũ ſinebant abire deriſum. Apud anthiochiã do quõ recordabor craticulas primis impoſitas quibus chriſtiani ſuppoſiti torrebantur. Sed inter hec nobiliũ duorum iuuenum factum memorabile ſilere equum nõ puto. Qui cũ cõpꝛehenſi ſimulachris immorari cogerent aiunt. Ducite nos ad aras. Et cũ fuiſſent adducti manus ſuas argenti igni ſuperponentes ſi ſubtraxerimus inquiunt ſacrificaſſe nos credite: ꝛ quoaduſq caro ols in ignem deflueret immobiliter pdurarũt. Alij cũ ad ſacrificandũ quererentur ſacrilegã pollutionem vitantes vitã ꝑcipitio finierũt minore qdẽ tolerantie fidutia: ſꝫ cõſeruãde fidei maiore cautela.

B ¶ In qbꝰ admirabilis quedã ꝛ veneranda femina pulchritudine pariter et pudicitia formoſa genere nobilis et copioſa facultatibus. Cui erant due filie virgines honeſte ſatis et materne pudicitie regula nutrite ſpecie ſimul et moribus emula ſibi ꝓbitate certãtes. Quas religioſa mater ſecũdum preceptum diuinũ in timore dñi educauerat. Sꝫ prohic q̃ ſupra diximus vl nature vel inſti=

tutionum bonis prauorum hominum
multa erga virgines earū matrem cō
tentio exagitabat ꝛ ſummo ſtudio ſum=
ma vi perquirebant. Cunque declinan=
di turbinis gratia ſui abſentiā ꝓcuraſ=
ſent agitur omni intentione vt earū pre=
ſentia fieret. Miſſi in hoc ipſum milites
repertas eas venire Antiochiam cogūt.
Sed cum perurgentib⁹ militib⁹ vehicu
lo impoſite iter agerent: talibus religio=
ſa ꝛ pudica mater ad filias vtitur verbis
Scitis dulciſſime mihi filie quomodo
vos in diſciplina dei adulauerim ſcitis ꝙ
paruulis deus vobis pater deus nutri=
tor: deus inſtitutor extiterit. Et ꝙ pudici
tie ꝛ caſtitatis bonū ita mecū pariter di
lexiſtis vt ne oculus quidē veſter vnꝗ ſi
cut vobis cōſcia ſum laſciuiore fuerit ma
culatus aſpectu. Quid igit nūc agim⁹ vi
detis ꝙ iſta oīs vis aut a deo nos ſtudet
aut a pudicitia ſeparē. Proſtituent ergo
publicis lupanaribus membra que aer
pene ipſe public⁹ habuit incognita. Ne
queſo filie quia nec tam parua nobis in
deo fides eſt vt mortem pertimeſcamus
nec tam deſpecta pudicitia vt viuere
etiam cū turpitudine cupiamus. Quin
potius ſi placet qđ in domibus tenetis
etiam in hoc ſequimini matris exemplū.
Preueniamus impuras carnificum ma
nus et impudicorum ꝑcipiamus incur=
ſus mundumque hunc qui nos ad impu=
ram et impudicam compellit ac pertra=
hit vitam pura et pudica morte damne
nemus. Cunque talibus exhortatiōibus
filias ad ſimile propoſitum videret accē
ſas: ad fluuium quēdam in itinere poſitū
venerūt. Ubi cū ſe humane neceſſitatis
cā deſcendiſſe ſimulaſſent ꝛ paululū cu=
ſtodes cogentes naturali reuerentia re
ceſſiſſent: adductis diligēti⁹ hincinde ve
ſtibus mediis ſe fluuiȷ̄ rapidis inijcere
fluctis: ſꝫ ꝛ alie due ꝟgines p oīa īſignes
ſorores ḡſe nobiles vita mirabiles pꝛe
adhuc etatis ſpecie pulchre ſatis ſꝫ aīa
pulchriores ornate morib⁹ magis ꝙ mo
nilib⁹ ſtudijs apprimere ꝓbabiles nō fe=
rētes violari publicis edictis a legib⁹ ca
ſtitatē marinis ſe fluctibus demerſere.

¶ Cap. xiij. de inhumana diocletiani pſe
cutione apud pontum.

HEc apud antio
chiam. In regionibus vero
ponti crudeliora gerebātur
harundines acute quibuſ=
dam ſubunguibus digitorum infigeban
tur. Alij plumbū igni liquefactum ꝛ dor
ſo diffuſum vſque ad loca pudenda qui=
bus naturalis egeſtio ꝓcurari ſolet in=
fundebant. Feminis quoque eris canden=
tis fuſtes abſque vllo humanitatis miſe=
rationibuſque reſpectu ingerebant p pu=
denda viſcerum et naturaliū ſecreta mē
brorum. Sed quid faciam ꝙ appellatio=
nes ipſe mihi in admiſſis facinoribus
deſunt et geſtorū ſcelerū nec vocabula
q̄bus enumerari q̄ant inueniri poſſunt.
Suſtinebant tamen omnia fortiſſimi et
pijſſimi martyres cum optimi et preclari
iudices in eo ſolo ſapiētiā ſuā oībus ꝓfu=
turā in admiratione cenſerent ſi aliqđ
noue crudelitatis ſuppliciū nouique ge=
neris inueniſſent. Sed cū aliqñ iam non
ratiōe aut humanitate crudelitatis ta=
men nimietate ſaciati reſpicere ad ima
nitatē ſceleris ſui cepiſſent deſolatas vr
bes ciuibus ꝛ optimis rura nudata cul=
toribus orbatos filijs patres ꝛ parentes
liberis ad clementiam ſe humanitatemque
conuertunt edictumque principale propo
nunt qm̄ fas non eſſet tot ciues in qui=
bus fidei ſue eſſet obſtinata perſuaſio
morti tradere placere de reliquo: vt hoc
genus hominū nequaquam quidem ſubi=
ret interitum. Omnes tamen qui hanc
ſpeciē confeſſionis tenerent dextris ocu
lis ferro effoſſis eiſdē cautere aduſtis ſi=
niſtro etiam poplite nihilominus caute
re debilitato p ſingulas quaſque prouin=
cias in eis ferri ꝙ metalla vel operis vel
pene gratia deportādos. Hec fuit clemē=
tia principalis qua optimis ciuibus cō=
ſultum eſt. Sed illi quidē ſuis vt vide=
batur vel moribus vel vitijs agebant
iuſtis ꝟo ꝛ ſanctis viris corone virtutis et
patientie parabant domino et ſaluato
re noſtro per hec vel explorante fidem
credentium ſibi vel merita remuneran=
te. Sed ſicut oēs p ſingulos enumerare
non ſolum difficile: ſed ꝛ impoſſibile eſt q̄
tunc in paſſionibus carnis ſue deo gliaꝫ

dederũt ita oẽs penitus obmittere:ꝛ ne
paucoꝝ q̃dẽ nolatim facere mẽtionẽ ſa=
tis vř ingratũ. Paucos ğ memorabimus
ꝛ maxime eccleſiaꝝ principes ꝑ loca ſua
ſingulos martyrij gloria coronatos.

¶ Cap. xiiij. cenſent multi inſignes
ẋp̄i q̃ in diuerſis partib⁹ nobiliſſima
pro chriſto pertulerunt martyria.

PRimus nobis
in memorijs pioꝝ fulgẽs i re=
gno ẋp̄i martyr ſcribať anti=
nus nicomedie ep̄s capite ce
ſus. Poſt hũc vita ꝛ ſtudijs ſꝑ martyr lu
cianus pbř antiochen⁹; ſed tũc apud nico
mediam ẋp̄i regnũ ỽbis geſtiſq; p̄dicans
apud tyrũ vero nobiliſſimus in martyri
bus ꝛ a prima etate i ẋp̄i inſtitutionib⁹
enutrit⁹ Tyrãnio eiuſdẽ vrbis ep̄s zeno
bi⁹ a ſidonia pbř: ꝛ Siluan⁹ Emeſſenoꝝ
eccleſie ep̄s q̃ i ſua ciuitate beſtiaꝝ morſi
bus abſumpt⁹ martyrũ ſociat⁹ eſt choris.
In paleſtina ỽo primus Siluanus ep̄s
apud Gezam cũ pleriſq; clericoꝝ i metal
lo aũt Famẽſi q̃dragita ſimul capite ce=
ſi. Pele⁹ ỽo ꝛ Nil⁹ ep̄i cũ plurimis clericis
igni cõſumpti. In eorũ numero habebať
etiã Ceſarieñſis eccleſie flos nobiliſſim⁹ ꝛ
fructus doni celeſtis pamphilus apud
alexandriam vero per omnem egyptum
vel thebaidam: primus velut lucifer qui
dam inter aſtra cõſurgens Petrus eiuſ
eiuſdem vrbis ep̄s doctrina moribus ꝛ
vita precipuus: et cum eo presbyter fau=
ſtus et dius ꝛ aminonius necmerito nec
inſtitutionibus nec martyrio diſpares.
Fileas q̃z eſychi⁹: et Pachomi⁹ ac theo
dor⁹ epiſcopi in vrbib⁹ egypti: ceteriſq; cũ
ipſis innumerabiles nobiliſſima ꝑtulerũt
martyria. Quoꝝ ꝑ ſingula agones de=
ſcribere ne nos op⁹ noſtrũ iuſto lõgi⁹ di=
latem⁹: ſuis ciuib⁹ q̃ ad dicẽdũ ꝓbe pol=
lent ꝛ preſentes tũc aderant derelinquo.

¶ Capitulũ. xv. q̃ diocletianus cum
collega ſuo depoſita ſpõte regni pur=
pura priuatus ꝛ plebeius viuit.

INterea pertur
bari ſtatum noſtrum et crude
li vbiq; animaduerſione va=
ſtari eternum ꝑuigilemq; il=
lum non latuit oculum. Et quoniam do=
minus quidem tradiderat familiam ſuã
caſtigari paucis cruenti vero immanita
tis miniſtri deſeuierunt in multis. Adeſt
continuo vltrix dei dextera: et illos qui
primo dum pacem ſeruarent eccleſie cũ
omni ꝓſperitate imperium gubernaue=
rant in tantam rerum permutationem
deducit: vt auguſtus ipſe id in vanitatis
atq; amentie ꝑueniret: quo depoſitis cũ
collega pariter auguſto regni iſignibus
priuati ꝛ plebeij poſt imperiũ viuerent.
Ille vero qui ei ſcđs in honore poſtmo=
dum etiam in primis ſucceſſor fuit: qui ꝛ
inſentor ac ſignifer noſtre perſecutionis
extiterat. tam multis varijſq; morbis et
corporis tabe atq; inſania mentis affice
retur vt poſt longos atq; inextricabiles
languores: ſcelerum ſuorum furijs agita
tus ſponte vitam nefariam ꝑderet.

¶ Cap. xvi. de ſanctis ꝯſtãtini initijs
maximiani a filio pulſi fuga: ꝛ de ma
xẽcij tyranni impuriſſimis: ꝛ execran
diſſimis moribus.

SEd hec poſt
modũ. Tũc vero in occiduis
partibus: quod maximianus
(qui ꝛ herculius) depoſuerat:
Conſtantius regebat imperiũ. In duas
nanq; ꝓcurationes Romanum regnum
fuerat diuiſum: ſz is multa clementia er
ga hoies: erga deũ ỽo regiõe maxia vte
bať. Neq; ỽo ex ꝯſortij rabie regnũ ſuum
pioꝝ ſãguine maculauerat neq; orõnũ
dom⁹ ꝛ ꝯuẽticula nřoꝝ imitať⁹ Maximia
ni veſaniam hoſtili vaſtatione deſtruxe=
rat. Quin potius cultores dei venera=
tiõi habuit et honori. Vñ et merito reli=
gioſus př: religioſiorẽ filium Cõſtãtinum
regni ſui ꝑti reliquit heredẽ. At ỽo ꝯſtã
tin⁹ poſt cõſtãtiũ ſtatiz vt romani regni
apicem ex paterna hr̃ditate ſuſcepit: mi
ra quadã dei gratia ciuibus carus: exer
citui accept⁹ viris fortib⁹ imitãd⁹: facino
roſis ỽo ꝛ ignauis terribilis fuit. In ob=
ſeruãtia quoq; religionis lõge etiã přez
vincere ſtuduit. Sz et Licinius cõi oim
ſnia accitus in imperium: auguſt⁹ ꝓnun
tiatur. Que res Maximinũ vehementer
offenderat: q̃ is tunc adhuc ſolumõ ce=

far in orientis partibus habebat. Nec id vltra ferens vi raptum ſibimet augu ſti nomen aſſumit. Maximianus vero (q̄ et herculius queꝫ paulo ante collegā fuiſſe Dyocletiani et cū eo imperij inſignia de= poſuiſſe memorauimus) cū a filio Maxē tio in vrbe roma tyrānidē tenēte fuiſſet expulſus: ad cōſtantinū tanq̄ ad generū miſerationis cauſa confugiens: ⁊ inſidias ipſi a quo religioſe ſuſceptus fuerat mo litur. In quibus turpiter deprehēſus tur= pius perit: ita vt poſt interitū ſtatue ei⁹ atq̄ imagines auferrētur: ⁊ in edib⁹ pu blicis vocabula eius nomis mutarentur.

B ¶ Huius igitur fili⁹ maxentius q̄ in vrbe roma tyrannidem ceperat p̄ nouel lut imitāde erga ſe plebis gr̄a fidei no= ſtre veneratorē ſe eſſe ſimulabat. Et ob hoc perſecutiōes reprimi oēſq̄ iniurias a xp̄ianis arceri iubet. Sed nihil in reli= quis actibus ſuis nihil in vita vel mori= bus qđ xp̄ianis proximū videret oſtēdit. In tanta etenim flagitiorū ⁊ ſcelerū face in tanto ſpurcitatis ceno verſabat: vt ni= hil prorſus facinorum peſſimoruꝫ ab ei⁹ non dicā vita ſed vnius ſaltem diei acti= bus eſſet alienum. Deniq̄ ſenatorum et maxime nobiliuꝫ matronas publice ab= ſtrahi: atq̄ ad ſuam libidinē deduci im= perabat. Et poſt contaminationē viris ſuis reddi iubebat: nō tam expleta adul terij libidine q̄ mutata. Tātus vero met⁹ p̄ſes plebēq̄ oppſſerat: vt nec hoc ipſum quidē q̄ metuerent palā oſtēdere aude= rēt: ſed ferebāt inſuetam ſeruitutē gemē tes: ⁊ aliqd pro libertate agitare metu inhibebantur: cū ille nō tā ira: ſꝫ libidine cedis agitaret. Deniq̄ quadā die impe rat militib⁹ ſuis exire p plateas totius vrbis: ⁊ oēs qui occurriſſēt cuiuſcūq̄ eta tis et cuiuſlibet ſexus gladijs cederent. Innumereq̄ multitudines populi ro= mani nō hoſtiū ſꝫ ciuiū telis deiecte ſunt. Senatores vero ⁊ ij maxime q̄ vel honorib⁹ vel opib⁹ clariores in curia videbantur: cōfictis criminibus tanq̄ rei puniti pro= ſcriptiq̄ ſunt. Addit vero etiā hoc faſtigiū ſceleribus ſuis. Artis magice induſtriaꝫ ſummis ſtudijs excolit: atq̄ miniſteria ex plēda perquirebantur mulieres nobiles grauide: ⁊ adhibite funeſtis artis medie ſcindebātur rapiebant ⁊ paruuli infantes eorumq̄ exta viſceribus reuulſa pſcruta bant. Iugulabant ⁊ leones et nefandis quibuſdā ꝯiunctis ac īcantationib⁹: demo niaca arte cōpoſitis bella per hec dice= bant arceri: ⁊ credebat ius faſq̄ regni per nefas poſſe ſeruari. His vero malis omnibus etiam illud additur q̄ omnes qui per ceteras vrbes vel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti. dum ni= hil ſibi ad vitā tutum putant et relictis agris p loca abdita ⁊ latebras eunt: om ni ſtudio arādi ferendiq̄ ceſſante: tanta fames vrbeꝫ atq̄ omnia loca inuaſerat vt nihil reliqui ad vite ſubſidium fieret.

¶ Capitulum. xvij. de perſecutione Maximini cuius etiam ſceleratiſſimi mores referuntur.

IN orientis ve ro atq̄ egypti partib⁹ Ma= ximinus ſimili per oīa crude litate ⁊ veſania tyrannidem gerebat: ita vt alter alterum vtpote in tyrannide ſocius etiam in ſceleribus vi= deret imitari: ⁊ neſcires cui potiſſimum dare flagitiorum palmam deberes. Eo ſane maximinus preire ſocium ſceleris videbatur: quod etiaꝫ publicos honores ⁊ maximos magiſtris magoruꝫ ⁊ mala= rum artium doctoribus decernebat. Si= mulacrorū quoq̄ cultui ſatis ſuperſtitio= ſe deditus erat ita vt ne ad paruū qui= dem motū ſine augurijs ⁊ diuinationib⁹ ⁊ ſymbolis acquieſceret. Unde ⁊ vehemē tior aduerſum nos ⁊ grauior prioribus perſecutor fuit. Uetera quoqꝫ delubra ⁊ olim etiaꝫ a ſtudioſis cultoribus dereli= cta renouari oīa iubet: ſacerdoteſq̄ his et pontifices per ſingulas prouincias no biles quoſqꝫ ⁊ alijs iam honoribus fun= ctos: miniſtris militaribus ⁊ ſalarijs ad= ditis decernit. Nec mirum quin ⁊ mani= feſtos maleficas vel rectores p̄uinciarū vel duces militum promoueret: ſed ad hoc huiuſcemodi vanitatis miniſterium quāplurime copie auri argētiqꝫ quere= bantur. Ex quo accidit: vt oēs vbiqꝫ pro uincie diuerſis modis ⁊ occaſiōib⁹ nuda rent: cōgregando cenſum tributa multi= plicando locupletiores quoqꝫ exquiſitis

aut etiam confictis iniurijs condemnan=
do. Alios vero etiam ꝓſcribendo: omnes
pariter bonis paternis auitiſq₃ fami=
lijs euoluebat. Unde et montes auri: vt
ita dixerim congregatos: familiaribus
ſuis ac ſatellitibus largiebatur. In con=
uiuijs vero tam profuſus erat tanq₃ te=
mulentus: vt inſanus ꝛ mente capt⁹ vini
furoꝛe putaretur: ꝛ ea ebꝛius fieri iube=
ret: que die poſtera ſe iuſſiſſe neſciret.
Delitijs luxu atq₃ omni diſſolutionum
genere fluitans turpiſſima ſuis militib⁹
prebebat exẽpla. Deniq₃ quicquid laſci=
ue: quicquid petulanter: quicquid luxu=
rioſe geſtum a rectoꝛibus vel militum
prouinciarum fuiſſet: multum cedebat
ob imperatoris exemplum. Cui inter ce=
tera etiã hoc ſingulare ſtudium erat ne
vllam nõ dico vrbem: ſed vel breue oppi
dum abſq₃ adulterio nobilium matro=
narum que per loca fuiſſent reperte: vel
coꝛruptione virginum preteriret.

B ¶ Talis hic tantuſq₃ vir: qui pudi=
citie honeſtatis: iuſticie ac totius equi=
tatis hoſtis publicus erat quid ni etiam
xpianoꝛum hoſtis et ꝑſecutoꝛ exiſteret.
Aduerſus xpianos tantum crudelitatis
exercuit: vt preceſſoꝛes ſuos vincere feſti
naret in ſcelere. Igneas laminas: cruces
beſtias: maris profundum: obtrũcatiões
membꝛoꝛum: effoſſiones oculoꝛum: ꝛ ſin=
gulis membꝛis ſpecialia inferre ſuppli=
cia geſtiebat. Cum tamen magis illi con
ſtantes et foꝛtes inueniantur toleran=
do q₃ iſte ingenioſius et callidus in exqui
rendo. Uincebantur etenim ſepius non
ſolum a viris: ſed etiam a feminis q̃ ver=
bo dei ꝛ fidei caloꝛe ſuccẽſe vt femine q̃dẽ
compꝛehendebant: ſed vt viri foꝛtes in
certamine coꝛonabatur moꝛtem quippe
pꝛomptius ſubire: imo vero et vltro ex=
petere q₃ coꝛpoꝛis maculã recipere ma
lebant. Uerum cum duab⁹ grauiſſimis
dominis libidĩe ꝛ crudelitate ꝑceps age
retur fuit apud alexãdriam Doꝛothea
quedam ſatis nobili oꝛta familia: in gen=
tib⁹ diuitijs ꝛ ꝓpinquis nobilibus pol=
lẽs. Sed in ea ingenij atq₃ induſtrie bonũ
certarũq₃ honeſtarũ artiũ ſtudia magis
q₃ hec vigebant. Foꝛme ꝟo ꝛ decoꝛis glĩa
tãta ei fuit vt mirũ ac ſpeciale ẽ ea dei fig=
mẽtũ crederet. Sed illa q̃ religiõe animi
ꝛ honeſtate vite pulchꝛioꝛ: q₃ vultu coꝛ=
poꝛis eſſe ſtuderet equiſſimo mentis iu=
dicio qḋ pulchꝛum ꝛ decoꝛũ inter homi=
nes videbat: id poti⁹ deo conſecrare q₃
vſui humano ſtatuit indulgere: ꝛ virgo
deo ſacrata ꝑſiſtere. At ille q̃ diuina atq₃
humana libidine ſimul ꝛ crudelitate ſe=
daret: cognito ſolius foꝛme nõ etiam in=
genij ac ꝓpoſiti bono: ad temerandam
virginem: ac polluẽdã ei⁹ caſtitatẽ ani=
mum intendit. Cõperto vero qḋ xpiana
eſſet: q̃ ſecundum ſua edicta pene magis
quam libidini ſubijcienda videret: in am
biguo poſitus eſtuare cepit et in quam ſe
ptẽ verteret ignoꝛare. Sed vbi dubios
aios libido q̃ ei lati⁹ dñabatur obtinuit
expectantẽ virginẽ pꝛo martyꝛio ad ſup=
plicium rapi per occultos nuntios de ſtu
pꝛo interpellauit: illaq₃ nefas ſibi eſſe
rñdit tẽplũ coꝛpis ſui qḋ ſemel deo cõſe=
crauerat: idoloꝛũ cultu aut libidinis cõ=
tagiõe polluere: ꝑinde ſe q̃dem ad moꝛtẽ
paratã eſſe. A crudeli vero tyꝛanno non
decere blandũ aliquid aut molle ꝓferri:
nec eſſe dignũ reſoluit erga ſe truces ani
mos: quos quotidie vndat in xpianoꝝ ꝓ=
fuſus cruoꝛ duraret. Ad q̃ i hſa: cũ ille li
bidine accẽſus acri⁹ incaleſceret: ꝛ niſi
ꝟbis acq̃euiſſet: vi agere decerneret: oĩ=
bus virgo pudiciſſima facultatibus ſuis
domoq₃ ꝛ familia derelicta: noctu clã cũ
paucis fidiſſimis famulis: ꝛ cũ amiciſſi=
ma ſibi comite caſtitate diſcedit: atq₃ il=
luſum tyꝛãnum vanũ amẽtẽq₃ dereliq̃t.
Sed ꝛ alias plurimas nobiles mulieres
ſimul ac ꝟgines exẽplo illi⁹ adoꝛtus: ſed
exẽplo nihilominus illius paratioꝛes ad
moꝛtẽ q₃ ad ſeruitutẽ libidinis nact⁹ cru
delib⁹ ſupplicijs affici iubet. Que multo
pꝛompti⁹ ꝛ leti⁹ q₃ ceteri oẽs moꝛtẽ ſub=
ibãt: eo q̃ duplices ſibi coꝛonas a dño ꝑ=
parãdas nõ ſolum ꝓ pietate: verũ etiã ꝓ
caſtitate credebãt. Sed in his relationi=
bus poſit⁹ ſilere equũ nõ puto: etiã nobi
liſſime femine in vrbe roma mirabile fa=
ctum Sophꝛonie. Cuius vir prefectus
vrbis rome: ſub maxentio tyꝛanno age=
bat. Qui cum de ſupꝛadicte femine pul=
chꝛitudine cognouiſſet: et vt ei mos erat
miſſis ſtupꝛi miniſtris deduci ad ſe femi=

nam iuberet: illam rem ad maritum detulit. Qui cum comperiſſet: multa ſecum voluens ad vltimum altius ingemiſcēs. Et quid inquit faciemus quib⁹ aut hec toleranda ſunt aut anima ponenda? Tū illa vt maritum vidit metu mortis perterritum prodidiſſe pudicitiā ſuam paululum ait hijs qui miſſi fuerant expectare donec cōpoſita vt decet ⁊ adornata procedam. Dehinc ingreſſa cubiculum cum prius defixis genibus oraſſet tanꝗ pudicitiam ſuam deo imolatura: pect⁹ ac viſcera correpto mucrone trāſuerberat. Extremos huiuſmodi nuntios ad tyrannum per aſſiſtentes famulos mutens: tales ait magis placeant xpiane femine tyranno. Hoc modo in oriente ſimul atq; occidente: velut vno demonis ſpiritu armati ⁊ paribus eiſdem vitijs accenſi deſeuiebant tyranni: cum tamen per hec xpianorum virtus animi ⁊ conſtantia fidei: ꝓbatior ⁊ magnificentior redderet.

¶ Capi. xxviij. de vltione diuina maximū eiuſq; i medicos crudelitate atq; eiuſdem ad xpianos indulgentia.

Sed cū per decem continuos annos in orientis partibus ſimilis etiā Maximini principis erga xpianos fuiſſet craſſata crudelitas et innumera hominum milia deum verum colētium neci dediſſet: cumq; vires crudelitatis ac libidinis ſue indeſinenter ſurgeret tremulentia: et neq; conſiliū neq; ſatietas finem vllū aut modum imponeret adeſt cultoribus ſuis diuina prouidētia. Et quos per ignē ꝓbauerat: eduxit rurſus ad refrigeriū: ipſum nāq; autorē ſceleris vltio diuina corripit. Et ille q̄ letis ac ſaginatis carnibus incedebat ſuperbus: inflatis ſubito viſceribus ſoporatiſq; diſtēditur. In profundioribus dehinc pectoris partib⁹ obortum vulnus totos intrinſecus viſcerum receſſus tabo ſerpente depaſcitur. Poſt etiā fiſtulis quibuſdam in ſupficie purulentis meatib⁹ adapertis de interiorib⁹ putrefacti vulneris venis ebulire vndatim cepit innumera vermium multitudo. Fetor vo tā intolerabilis erat: vt nullus olno ne medicorū quidē ꝓpi⁹ poſſet accedere ꝙ carnes ſatis late ⁊ in oī luxuria nutrite grauiorem ex corruptione nidorem putredinis exhalabāt. Deniq; pleroſq; medicorum ꝙ nec morbo aliqd mederi: nec vim fetoris tolerare poſſent iterfici iubet. In quib⁹ cū quidā iugulādus potiuſꝗ medicaturus aſſiſteret: inſpiratus a deo: cur inquit imperator erras: ⁊ qđ de⁹ infert ab hoībus putas poſſe reuocari? Nec humanus eſt iſte morbus: nec a medicis curatur. Sed recordare quanta in ſeruos dei egeris: quāq; in religionē diuinā impius ⁊ pfanus extiteris: ⁊ intelliges vnde tibi ſint poſcenda remedia. Nā ⁊ ego quidē mori cū ceteris potero tu tū a medicis nō curaberis. Tūc primū ſe Maximinus hominē eſſe intellexit: ⁊ ſcelerum ſuorū inmanitatē recordatus: primo omniū erraſſe ſe ⁊ impie egiſſe profitet: ⁊ velut ſatiſfacere incipit deo: tum deinde cōuocatis hijs q̄ in officio publico ſibi parebant: leges ſcribi ⁊ cōfeſtim emitti iubet. Qua non ſolum a xpianis deſinat perſecutio: ⁊ arceatur oīs iniuria: veꝝ ⁊ reedificari eorū permitterētur eccleſie vt ſolitis cultibus ⁊ obſecrationib⁹ vacantes: etiā pro ipſius ſalute excelſo ſupplicent deo. Quib⁹ dicto citius procuratis continuo p ſingulas quaſq; vrbes edicta mittuntur: cōtinentia hūc modum. Impator Ceſar: Galerius: maximin⁹ inuict⁹ auguſtus: pōtifex maxim⁹. Germanic⁹ egyptiacus. Thebaicus Sarmatic⁹ quinquies. Perſicus: bis Carpicus. Sexies armenicus medorum ⁊ adiabenorū victor: tribunitie poteſtatis vicies imperator: decēnouies cōſul: octies pater patris proconſul. Et imperator ceſar. Flauius Ualerius cōſtantin⁹ Pius Felix inuict⁹ Auguſtus pontifex maximus: tribunitie poteſtatis imperator: quinquies ꝯſul pr̄ patrie: ꝓconſul. Inter cetera que pro vtilitate reipublice diſponim⁹: nos quidem primo volueramus ſecundum antiquas leges ⁊ publicā Romane obſeruātie diſciplinā cuncta moderari: inter que etiam hoc addere vt xpiani qui paternā religionē reliquerant ad eā rurſum reuerterent. Uerum qm̄ iudicio quodam animi ſui tāta eos obſtinatio rei hui⁹ ha

buit vt nullo mõ redire vellent ad ritum
religionis antique:q̄ a moꝛibus fuerat
inſtituta:ſed eo magis pro volũtate ſua
vnuſq̄ſq; legem ſibiipſi conſtituit:et in lo
cis diuerſis plebs diuerſa concurrit. Cũ=
q; ꝓ his a nobis ꝓpoſitũ fuiſſet edictũ
vt ad pꝛias leges redirent et antiq̄tus
cõſtitutas:pluri eoꝛum ꝑiculis ſe potius
ſubiicere: moꝛteſq; innumerabiles tole=
rare:q̄ȝ obedire ꝓceptis talibus malue=
runt. Et q̄m multos adhuc i eodẽ animi
iudicio durare ꝓuidim⁹:ita vt nec diis
celeſtibus honoꝛem debitũ redderẽt:nec
ſue religioni ſatiſfacere viderẽtur:reſpi
cientes ad ſolitam manſuetudinẽ clemẽ
tie nr̃e:qua conſueuim⁹ oĩbus hoĩb⁹ da=
re veniam libẽter etiã erga hos indulgẽ
tiam nr̃am credidim⁹ poꝛrigendam: vt
rurſum ſint xp̄iani:ꝛ conuẽticula in q̇b⁹
oꝛare cõſueuerunt extruant ꝛ reedificẽt:
ita tñ vt nihil contra diſciplinã publicã
gerant. Aliis vero ep̄lis iudicibus indi
cauimus: quid eos opoꝛteat obſeruare.
Vñ cõceſſa hac nr̃a indulgentia exoꝛare
debẽt deum ſuum ꝓ ſalute nr̃a ꝛ ꝓ reipu
blice ſtatu: vt oĩmodo icolumi degẽte re
publica etiã ipſi ſecuri agere in ꝓpꝛiis
laribus poſſint. Hec de latino in grecum
verſa nos rurſum tranſtulim⁹ in latinũ.
Sȝ poſt hec q̇d cõſequutũ ſit videamus.

¶ Explicit liber Octauus.

¶ Incipit liber Nonus.

¶ Cap̄m.j. de execucione indulgẽtie
quam fecit maximinus in xp̄ianos.

Huiuſcemo=
di edictis impialibus ꝑ
oẽm locum aſie ꝓ̄tiq;
ꝓpoſitis velut extiguẽ
tib⁹ tenebꝛis ſubito lu=
men effulſit. Sȝ maxi=
minus qui in oꝛientis
partibus ceſaris tyrannidem potius q̄ȝ
locum tenebat tanq̄ȝ crudelitatis ſue ma
teriam ſibi ſubtrahi non ferẽs cuȝ ei di=
ſpliceret edictum:nec tamẽ auderet obſi=
ſtere: ꝓponit publice legem: ꝛ oĩbus in
notitiam venire nõ patitur:verbo tamẽ
iudicibus precipit inducias chꝛiſtianis
interim dare. Sed Sabinus qui per il=
lud tempus prefecture culmẽ regebat:
oĩm pꝛouinciarum iudicibus ſcribens:ꝛ
pꝛelatam imperatoꝛis inferens legem
manifeſtum efficit cũctis:id quod Maxi=
minus obſcurare tentauerat. Judices
vero per ſingulas ciuitates edicta mit=
tentes legemq; ꝓferentes relaxari cun=
ctos qui tenebantur in carcere:quiq; in
metallis aut quibuſlibet vinculis ſerua
bãtur omnes abſcedere liberos iubent.
Quibus ita geſtis velut poſt nimiam tẽ=
peſtatem ſi ſolis ſplendoꝛ celo redditus
fuiſſet ac terris:duces ꝑpli noſtri per ſin
gulas quaſq; vrbes frequentare conuẽ=
tus:eccleſias inſtaurare cõſilia agere:ſa
cerdotia reparare:ſingulas quaſq; ec=
cleſias ſicut quid deeſſe videbãt inſtrue=
re:que cum ita gererent̃ ſtupoꝛ ingens
habebãt infideles gẽtilium:de tanta tã=
q; ſubita conuerſione rex:ita vt admi=
ratione ip̄a fateri cogerẽtur magnum ꝛ
ſolum verum deum eſſe quẽ xp̄iani colũt.
Noſtroꝛuȝ vero ſi qui in agonibus fide=
liter ꝛ viriliter ꝑdurauerant:cum omni
fiducia ꝛ letitia agebant. Si qui vero lã
guidius ꝛ ignauius egerant: cum omni
humilitate et ſupplicatione medicinam
poſcere ab iis qui incolumes perſtiterãt
ꝓperabãt:et per eos repꝛopiciari ſibi
omnipotentẽ deum ſupplicabant. Jã ve
ro illi qui de metallis fuerant relaxati
venientes per vrbes ſingulas magna=
nimi ſublimeſq; incedebant:et ineffabi=
lem letitiam atq; exultationem dei ec=
cleſiis exhibebant:toto itinere per pla=
teas quoq; ciuitatũ ꝛ vicos cũ pſalmis ꝛ
hymnis digredientes ita vt ſtuperent:
et magnificarent deum ii qui eos paulo
ante vinctos ꝛ cathenatos trahi in me=
talla viderant letos vero nũc atq; exul=
tãtes cernebãt ad ꝓpꝛia remeare. Ex
quo etiam ipſi qui pꝛius infeſti nobis vi=
debantur et ardue ꝛ nunc ſubite conuer
ſionis miraculo congratulabantur no=
bis et communem ſibi ducebant leticiam
noſtram. Uerum cum hec ita in agris ac
vicis ꝛ vrbibus agerentur: ꝛ pro reddi=
ta ſibi pace chꝛiſtianorũ populi modeſta
exultatione gauderent totius boni ini=
micus tyrãnus ferre nõ potuit: q̇n inſita
ſibi neq̇tie rabie gaudia iſta ſubrueret.

¶ Cap̄m.ij. inſtaurat maximinus per

ſecutionem chriſtianos quaz edictis pu blicis ceſſare iuſſerat.

Et enim maximinus quem orientis atq̄ egypti partium tyrannidē tenere ſupradiximus ſex nō amplius menſes paſſus eſt noſtros i pace perſiſtere. Et protinꝰ qcqd ad obturbāda cā nanciſci potuit moliř. Igiř primo ꝓhibere noſtros per occaſiones quaſdā tentat ne ad cimiteria cōuenirent. Tū deinde nequiſſimos quoſdā antiochie vrbis viros inſtigat legationē mittere aduerſum nos depoſcētes ne in ꝓpria patria degere liceat xpianis. Cuius legationis initiū fecit per Theothenū quendam curatorē antiochie vrbis praui ingenij hoiem peſſimiq̄z propoſiti. Sed et alios per ſingulas ciuitates ſimiliter teterrimos ciues ad ſimile facinus impellit: ꝛ ex oībus ꝓuincijs huiuſcemodi legationē dirigi cōponit multaq̄z alia aduerſum nos ſpeciali quodā odio ꝛ obſtinata contione machinatur donec olmodo mala que iam quieuerāt renouaret. Mala mēs maluſq̄z animus velut ſitim quādā famemq̄z ſe pati putabat niſi laniari carnes ciuium ſanguinemq̄z eorū profundi videret.

Capm. iiij. de miro apud antiochiam ſimulacro ex quo aduerſum chriſtianos confinguntur mendacia.

Interea reperiſſe occaſionē ſe maximiani ratus eſt ex eo ꝙ apd antiochiā ſimulachrū qddā Iouis amabilis nuper conſecratum artibus quibuſdā magicis ꝛ impuris cōſecrationibus ita cōpoſitū eſt vt falleret oculos intuentiū ꝛ portēta qdā oſtentare videreř ac reſpōſa pferre. Idq̄z oībus ꝛ ipſis imperatoribꝰ ꝑ certo confirmař qđ poſtea ꝙ ab vniuerſis creditū eſt aſſeueraš itē deꝰ ille dediſſe rn̄ſa ne xpiani in vrbibus habitarēt. Neq̄z in vicinis vrbi locis ſz quāto fieri pōt lōgiꝰ fugarenř. Quibꝰ cognitis oēs q vbiq̄z erant ſub tyrāni regno p vrbes ac ꝓuincias ſingulas ſcientes gratū hoc eſſe apud eū ſiřem de xpianis ſtiam ferūt. Et miſſis ad eū legatis eadem ab impatore impetrāt ꝙ vt peteſrent ab ipſo fuerānt inuitati.

Capitulū. uij. de eiuſdem maximini in chriſtianos perſecutione.

Iam vero rurſus aduerſum nos pſecutionis rabies inſtaurat. Et maximinus interim ſumma inſtantia p vrbes ſingulas ꝛ ꝓuincias ſacerdotes ſimulachroꝝ: ac pontifices ſtatuit multiſq̄z eos honoribꝰ ac muneribꝰ afficit: ꝛ oīa ꝓrſus diligenter agit: quatenus cūctos beneficijs ſuis preueniat: vt p hec prōptiores eos efficeret in odiū ꝛ necem xpianoꝝ. Idq̄z eo magis obtinebat quo grauiorē ſibi duceret eū quē erga nr̄os ſeuiorem nequiorēq̄z ſenſiſſet.

Cap. v. blaſphemias in xp̄m ꝯfictas p oēs regni ſui prouincias mittit maximinus eaſq̄z pueris doceri precipit.

Et quāuis ei agere cuncta ex ſua liceret q̄ppe qui iam ſibi etiā auguſti ꝯceſſam preſumpſerat dignitatem videri tamen vult ꝙ aliquibꝰ iuſtis hec rationibus agat. Confingūtur acta quedam velut apud pilatuz de ſaluatore nr̄o habita in qbꝰ aduerſuz xp̄m oīs blaſphemia ꝯſcribiř. Que acta p oēs regni ſui ꝓuincias plato edicto mitti p̄cipit: ꝛ p vrbes ſingulas p vicos p agros et ꝓponi. Preceptoribꝰ q̄z pueroꝝ tradi iubet vti ꝓ his q ad meditandū vel ediſcēdū dictare ſolēt hec tradat pueris memorie cōmēdanda. Cū vero hec ita p oēm locū diligēti neqtia gererenř dux damaſci cognita impatoris ſui erga xpianos libidine ꝛ placere ei in talibꝰ ſtudēs indigniſſimas quaſdā mulierculas de triuio cōquiſitas ſiſti ſibi facit ꝛ agitari in his plurimā qōnē p quā cogeret eas actis ꝯfiteri fuiſſe ſe qndā xpianas ꝛ ſcire qualiter ipſa myſteria corꝑpurca qdā ꝛ ipura ꝯmitterenř aliaq̄z hmōi flagitia q̄ nec audire qdē bonꝰ qſq̄z patereř mulierclas acti ꝑſcd facit eaq̄z ꝯſcripta ad ipatorē refert. at ille ꝓpōt ea nihilominꝰ p ſingu

las q̄ſq; vrbes ac ꝓuincias iubet ꝯ̄uis dux ille nō longum tali fraude gauiſus ſit. Breui nāq; quadā inſania deſperationis ſuccenſus in exitium vite ſue proprias ſibi intulit manus.

¶ Cap̄z. vj. de eiuſdē maximini in xp̄ianos inſtaurata perſecutione atq; ꝑ Lucianum presbyterum de chriſtiana fide pulchre reddita ratione. A

Oſtrorum vero rurſum fuga rurſum ꝑſecutio et ſupplicia renouari. Judices ꝓuinciarū tā ꝯ̄ gratum aliquid ex hoc impatori exhibētes in noſtros atroci⁹ deſeuire. Jgitur apd̄ Tyrū fenicis vrbē tres qdē iuuenes correpti cū ſe xp̄ianos eſſe confiterentur beſtys ſubigūtur. Cū quibus ⁊ Silnanus ep̄s. xl. ānis functus ſacerdotio vir manſuetudiue al ⁊ ip̄a iā ſenectute venerabilis. Per idē tp̄s ēt petr⁹ de q̄ ſupra mēorauim⁹ alexādrine vrbis ep̄s ꝑ oīa inſignis ⁊ oīb⁹ ṽtutib⁹ adornat⁹. Jn ſcripturis ṽo diuinis ⁊ in ṽbo dei prioꝝ nullis inferior. prudētia q̄z ſingularis ⁊ in oīb⁹ ꝑfectus vere ⁊ ſacerdos ⁊ hoſtia dei ſubito rapit̄: ⁊ tā ꝯ̄ ex maximini ꝓcepto capite obtruncatur. Cum quo ſimul ⁊ alij plures ex egypto ep̄i trucidantur.

B ¶ Lucian⁹ q̄z vir morib⁹ ⁊ ꝯtinentia eruditiōe ꝓcipu⁹. Antiochen⁹ p̄ſbyter cum ad tribunal iudicis fuiſſet adduct⁹ cur inq̄t ad eū p̄ſes vir rōnabilis ⁊ prudēs ſeq̄ris ſectā cuius reddere non poteris rationē Aut ſi eſt aliqua audiamus. Tū ille data ſibi facultate dicendi huiuſcemodi rōnez de fide nr̄a habuiſſe ḋr. Jn occulto non eſt ꝙ nos xp̄iani quez colimus vnus deus eſt ꝑ xp̄m nobis annūtiatus ⁊ ꝑ ſp̄mſctm̄ nr̄is cordib⁹ inſpiratus nō eīm ſicut vos putatis humane alicuius ꝑſuaſionis errore ꝯſtringimur nec indiſcuſſa vt alij parētū traditione decipimur. Auctor nobis de deo deus eſt. Neq; enim poſſet ſublimis illa maieſtas ſenſib⁹ humane mētis illabi niſi vel ſp̄ūs ſui ṽtute delata ṽbi ac ſapiētie ſue interꝓtationib⁹ indicatā. Fateor errauimus etiā nos aliq̄n ⁊ ſimulachra q̄ ipſi finximus deos celi ac terre putabamus autores. Sz arguebat eos fragilis ſubſtātie ſue a nobis ꝓſtita cōſecratio. Jn q̄bus tm̄ venerationis inerat ꝯ̄tū decoris manus ꝯtuliſſet artificū. Uerū oīpotens ille de⁹ quē nō nr̄is manib⁹ fictū ſz cui⁹ nos decebat eē figmētū errores miſeratus hūanos ſapiētiā ſuā miſit i hūc mūdū carne veſtitā q̄ nos doceret deū q̄ celum feciſſet ⁊ terrā nō in manu factis ſz in eternis atq; inuiſibilib⁹ req̄rendū. Uite etiā nobis legis ac diſcipline ꝓcepta cōſtituit ſeruare parſimoniā ꝑpaupertate gaudere māſuetudinem colere ſtudere parci puritatē cordis amplectu patiētiā cuſtodire. Sz ⁊ oīa hec q̄ nunc aduerſus nos geritis vētura nobis eſſe predixit. Educēdo nos ad reges ⁊ an̄ tribunalia iudicū ꝯſtituēdos ac velut victimas iugulādos. Jnde eſt deniq; ꝙ ⁊ ip̄e q̄ erat īmortalis vtpote verbū ac ſapiētia dei morti ſe ꝓbuit q̄ nobis in corꝑe poſitus patiētie ꝓberet exēplū. Sed nec nos ſua morte decepit q̄ poſt diē tertiā reſurrexit. Nō vt iſta q̄ nūc falſo cōſcribunt̄ ꝯtinent acta pilati ſed innocēs īmaculat⁹ ⁊ purus ad hoc ſolū mortē ſuſcepit: vt eā vinceret reſurgēdo. Que autē dico non ſunt in obſcuro geſta loco nec teſtib⁹ indigent. Pars pene mundi iā maior huic veritati aſtipulat̄ vrbes integre: aut ſi in his aliq̄d ſuſpectū vr̄ ꝯteſtatur de his ēt agreſtis man⁹ ignara figmēti. Si minus adhuc credit̄ adhibebo vobis eſſet loci ipſi⁹ i q̄ res geſta ē teſtimoniū. Aſtipulat̄ his ip̄e i hieroſolymis loc⁹ et golgothana rupes ſub patibuli onere dirupta. Antrū q̄z illud qḋ auulſis inferni ianuis corp⁹ denuo reddidit ſtatū q̄ prius inde ferret̄ ad celū. Aut ſi adhuc vobis min⁹ digna vident̄ hec q̄ i terris ſubſtātiā gerīt accipite ēt a celo aſtipulatorē fidelē ſolē vobis ip̄m hoꝝ ꝓduco teſtē. Qui cū hec fieri ꝑ ip̄os videret i terris lumē ſuū meridie abſcōdit in celo. Requirite in annalib⁹ vr̄is inuenietis tp̄ib⁹ pilati. Xp̄o patiēte fugato ſole interruptū tenebris diē. Qḋ ſi terre ſi celo ſi ſanguine coꝝ aliq̄b⁹ ṽitatē ꝑ tormēta ꝑdiritis fidē nō accōmodatis: q̄uo meis ṽbis allegatiōibuſq; credet̄. Et cū pene iā his verbis auditoribus ſuadere cepiſſet arripi iubetur

ripi iubetur in carcerē ibiq̧ quaſi abſq̧ tumultu populi necari.

¶ Cap. vij. maxim⁹ leges cōtra xp̄ianos latas ereis tabulis incidit et blaſphemias in xp̄m totos dies decātari iubet.

Sed per alia nihilomin⁹ loca tanta in breui crudeliſſimus tyrānus aduerſum nos exercitauit vt lōge ſeuioꝛa prioribus ⁊ durioꝛa patrarentꝰ. Quādo em̄ aduerſum nos legationes prouinciarū vel vrbiū q̄ſi tot ⁊ tāta imperialia edicta venerāt: ita vt etiā ereis tabulis incidi leges q̄ aduerſum nos date fuerant iuberentur. Q̄ſi pueris ſcholaris meditatio de pilato ⁊ Jeſu haberi contumelie noſtre gratia iuſſa eſt ⁊ cōuitijs referta: ac blaſphemijs per totū diē decātari in his vero legib⁹ quas aduerſum nos ere inciſas ſingulis quibuſq̧ ciuitatibus ꝓpoſuerat velut ineternū manſuras iactanter ſatis et ſupbe deſcripſerat ꝙ ex quo xp̄iani ſedibus ſuis vrbibuſq̧ pelluntꝰ et aeris eſſet leta tēperies et terre fecunditas abundatioꝛ et ſegetū copia vberioꝛ: ⁊ ideo ſatis recte conſuli ad deorū immoꝛtaliū gratiā q̄b⁹ nulle ita acceptabiles victime litarentꝰ q̄ vt inuiſum his hoīm genus ex oībus locis in q̄bus maieſtas eorū colitꝰ pelleretur. Addit q̧ etiā illud: vt q̄m tam piam tanq̧ religioſam pactionē hāc ab imperatoꝛe popoſciſſent quicquid illud eſt: q̄uis difficile videatꝰ: q̄d ſuis cōmodis eſtiment pꝛofuturū pro hac gratia nihil ſit q̄d impetrare nō poſſent. Tantū vt hoc diligentius obſeruet ne xp̄ianis qualitercūq̧ vrbiū concedatur ingreſſus.

¶ Cap. viij. de vltiōe digna dei i īfideles ꝓ cōfictis aduerſum xp̄ianos mendacijs deq̧ ſumma xp̄ianorū in paganos ⁊ perſecutoꝛes ſuos cōmiſeratione.

Et quidē ꝗtū in hoīb⁹ fuit ſatis in anguſtū res noſtre opeſq̧ coartate ſunt vt ſcd̄m illd̄ q̄d ſcriptū eſt in his ſcādalizari poſſent etiā electi. A ¶ Sed poſtq̄ nihil reliqui apud hoīes reb⁹ nr̄is ſupeſſe viſum eſt oīpotētis dei ꝓuidētia imbecilles hoīm mētes ꝑclitari ipſa deſperatione nō patitꝰ. Cōtinuo nāq̧ nec moꝛa dū adhuc ꝑ alias longius poſitas ciuitates impia mitterentꝰ edicta arrogātiā tyrānice vocis refrenās qua letas ſegetes pro chꝛiſtianoꝛum fuga ⁊ vberes frugib⁹ deſcripſerat cāpos imbꝛes reſtringit in nubibus ⁊ effectas arida ſterilitate ſegetes derelinquit. Areſcit etiā herba cāporū Et nō ſolū hoīb⁹ fructū verūetiā pecudib⁹ pabulū negat. Fameſq̧ tetra ⁊ obſcena vbiq̧ graſſatꝰ. Aeris quoq̧ temperies quā ſuis impijs actibus deſcripſerat famulari in tantā coꝛruptionē verſa eſt vt hūana coꝛpoꝛa vlceribus peſſimis que ignis ſacer appellantꝰ necnon ⁊ his q̄ dicuntꝰ carbūculi replerentꝰ ita vt ⁊ oꝛa hoīm atq̧ oculos occuparet: vt ſi q̄ foꝛte ex his effugiſſet moꝛtē luminib⁹ oꝛbaretꝰ. Sed ⁊ alijs nihilomin⁹ peſtilētibus moꝛbis viroꝝ ⁊ mulieꝝ imēſe multitudines et ꝑcipue infantū aceruatim cadebāt. Additꝰ illud etiā his malis q̄d armenioꝛū gens olim ⁊ vtiliſſima ⁊ amiciſſima ꝑpl'o romano dū ab ab eo xp̄iane religionis ritū cui deuotiſſime vniuerſa dedita eſt in ydoloꝝ cultū mutare cogeretur: ⁊ demones venerari ꝓ deo inimici ꝓ amicis ⁊ ꝓ ſocijs aduerſarij effecti manu ſe aduerſum nefaria eius edicta defenſare parāt ac ſpōte bellū inferunt. Que ſimul oīa coaceruata ſtulte ab eo penas arrogātie depoſcebāt ꝓ eo q̄d ꝑ fugā ꝑſecutionē xp̄ianoꝝ pacē ſibi et rerū olm copias atq̧ ipſi⁹ etiā aeris tēperiē deſeruire iactauerat. Igitꝰ cū ipſe et exercit⁹ bello Armenico vehementer et acriter vrgeretꝰ ꝑplos per vrbes ⁊ vicos q̄b⁹ diuina atq̧ humana ꝓſpere cūcta ceſſura legū ſuaꝝ autoꝛitate ꝓmiſerat fames dira abſq̧ vlla miſeratiōe vaſtabat. In vrbibus ꝟo tāte ꝑ dies ſingulos multitudines cadebāt: vt nec loca ad ſepulturas inuenirentꝰ. In agris vel vias plurime dom⁹ penit⁹ vacue remanſere. Q̄d ⁊ ſi aliq̄ imminētē vidētes ſtragē filios ſuos ad vrbem venūdaturi adduxerāt dū emptoꝛ moꝛatꝰ aut retractat etiā ipſe moꝛitur⁹ accedere cū liberis ſuis q̄rū ex ꝑtio alēdos ſe ſperauerāt interibant

Aliqui vero dū radices herbarū ſecta=
bant carūq; ſuccis alam ſuſtētare tenta
bant purgēte inedia incaute letali ali=
quo hauſtu corrūpebant. Mulieres q̄ʒ
matres familias: et honeſto loco nate vi
famis cogente pudoris oblite ad publi=
cū ſtipis petēde gratia deſcēdebant. Et
quas verecūdia aſpicere in faciē hoīm
non ſinebat expetere aliq̄d cibi vel etiā
de manu rapere fames cogebat. Quā=
plurimi ꝟo ita exhauſti incedebāt: vt ſi=
mulachra magis carne carentia q̄ȝ ho=
mines putarent colore terreo luminibus
in profundū demerſis huc atq; illuc cor=
pore nutabūdi ꝛ iam iā= lapſuri ingre=
diebant nec voce iam ſtipem: ſed vltimū
trahendo ſpm̄ depoſcentes ita vt non=
nunq̄ȝ ſi ſuffragmētum panis aliq̄s quo
frui non liceret aſpiceret dū manum co
natur extēdere nec deſideriū vires cor=
poris ꝯſequunt in medio conat⁹ invali=
ditatu fruſtāte cōcideret. Qđ ſi q̄s forte
locupletū miſeratiōe permotus impar=
tiri aliq̄d cibi indigentib⁹ voluiſſet con=
ſtrictus et ꝑfocatus multitudine eorum
in q̄bus nemo erat q̄ repellēdus videre=
tur deſerebat inceptū nec miſericordie
propoſitū p vim eoꝝ quos inedia impu=
dētes effecerat valebat explere. Inter=
ea per plateas oēs ꝛ angiportus erant
oīa repleta cadaueribus mortuorū nec
erat omnino q̄ ſepeliret dum et ipſi qui
adhuc ſupeſſe videbant morbo invali=
di eſſent ꝛ quaſi ꝯtinuo morituri ex quo
fiebat ſpectaculum miſerabile: ita vt q̄ȝ
plurimi a canibus devorarētur. Igitur
due peſtes validiſſime fames ꝛ lues divi
debant ſibi ppl̄m. Et pauperiores quoſq;
quib⁹ quotidianus victus ope manuū
querebat velut vicines ſibi ꝛ proximos
populabatur inedia. Illos ꝟo qui locu=
pletes et referti opibus videbant lues
ſibi velut proprios defendebat ita vt vi=
deres numeroſe familie domum intra
breue tēpa ex vno in alterum contagione
currente extinctis oībus vacuā dereliu=
qui. Sic diſcretis quidem caſtris fames
luesq; ſed vno mortis exitu bellātes vr=
bes agroſq; vaſtabant. Hec extitit legū
Maximini et elationis atq; arrogantie
eius ꝛ iudicij de xp̄ianis habiti remune
ratio. Hec illius in deū pietas ꝛ religio=
nis vt aſſerebat celit⁹ tradite maieſtas
A Verū vt ſuperius diximus cū et
inhumata mortuoꝝ cadavera quos fa=
mes ꝯſumpſerat in plateis iacerēt ꝛ q̄s
lues vſq; ad vnum interemerat nihilo=
minus inſepulti in domib⁹ manerent q̄
ꝟo ſupereſſe videbant vrgerent inedia
clamare oēs ꝛ ſponte xp̄ianorū pietatē
miamq; imprecari quoſq; pauloāte ex=
torres patria ꝛ domos egerāt nūc ſup=
pliciter exorare vt more ſibi ſolito viuen
tibus alimonie auxilium deferant mor=
tuis inſepultis ſepulture iuſta ꝑſoluant
Apud ipſos tātūmodo miſeratiōes va=
lere: apud ipſos ſolos que humanitatis
ſunt pietatiſq; ſeruari. Nec tam veram
religionē tam ſanctamq; in oībus per=
fectā vllā eſſe q̄ vniuerſis hoībus ꝯſule=
re tāq̄ȝ propinquis et ꝓximus ſuadeat:
nec eſſe alium vllū preter xp̄ianorū dn̄m
cōfitebātur. Tū vero noſtroꝝ populi q̄=
bus reuera per dei gratiam q̄ maxime
omnib⁹ mirabile fuit neq; fames in ali=
quo neq; lues fuerat dn̄ata in nullo ꝓ=
ſus iniurie memores: more ſibi ſolito et
ad miſericordiā etiā inimicoꝝ preceptis
dn̄icis inſtituti ꝯferre certatim vnuſq̄ſq;
prout poterat cibos ꝛ ſuſtētare ac refice
re pereuntes. Et non ſolum cibos cum
eis: ſed ꝛ affectum participare ex quo in
digentibus etiā parua ſufficere videbā=
tur que cum magna pietatis affectione
prebebantur. Illos quoq; qui morbi cō=
tagione laborabāt ad quos nullus gen=
tilium nec propinquorum quidē introi=
bat ſedula ꝛ frequenti viſitatione cura
re: nec pati omnino aliq̄d per cōtagium
quippe quos divina gratia circūdaret:
cadaueribus quoq; mortuorum ſepul=
turam deferre et que ſunt nature iuſta
cōplere. Ita breui ingreſſu ſolo chriſtia=
norum per vrbes ꝛ vicos malorū facies
imminuta rebus ipſis atq; operib⁹ ve=
ram eſſe et piam religionem chriſtiano
rum in cordibus hominum ſcripſit mul=
to tenacius q̄ȝ tabulis ereis eam falſam
eſſe tyrannus inciderat. Igitur cū hec
a noſtris ita gererentur ꝛ per geſtorū
bonitatem tacitā quadam predicatio=
ne dei noſtri veritas noſceretur ita vt

completum videretur illud qḋ ſcriptum eſt in exodo: quia egyptijs erāt tenebre palpabiles et craſſe: filijs aūt iſrael erat lux in oib⁹ habitationib⁹ ſuis. Pergit nihilominus dñs de⁹ nr̄ magnifi cari in ſanctis ſuis. et cepte virtutis opus pſperioribus ſucceſſibus ppagare: atq; iterū nobis in obſcuro poſitis ſplēdorem ſue lucis accēdere. Etem̄ ſcḋm pphe ticū dictum cibauit nos pane la chrymarum ⁊ potū dedit lachry mas ſed in menſura. Hec eſt ergo correptionis emendationiſq; menſura: vt nō in perpetuū iudi gnetur neq; in eternū iraſcat̄ no bis ſ; repropicietur ſeruis ſuis ſperantibus in ſe.

¶ Ca. ix. de cōſtātini aduerſus maxētiū victoria in virtute cru cis ſibi p ſoporē apparētis ha bita deq; maximini turpi fu ga ac ſuoꝝ ſtrage atq; ei⁹ ad deū derelict; ydoloꝝ cōuerſiōe. A

E Tenim cū religioſiſſimus imperator conſtantin⁹ cōſtantij equi moderatiſſimi et egregij principis filius aduerſus maxentiū vrbis rome tyrānū bellū pararet atq; exerci tū duceret erat quidē iā xpiane religiōis fautor veriq; dei vene rator nōdū tñ vt eſt ſolēne nr̄is initiare ſignū dñice paſſiōis acceperat. Cū igit̄ anxi⁹ et multa ſecū de imminentis belli neceſſitate peruoluēs iter ageret atq; ad celū ſepi⁹ oculos leuaret ⁊ in de ſibi diuinū p̄caret̄ auxiliū: videt p ſoporē ad oriētis partē in celo ſignū crucis igneo fulgore rutilare: cūq; tāto viſu fuiſſet exterrit⁹ ac nouo pturbaret̄ aſpectu: aſtare ſibi videt angelos di cētes cōſtātine qḋ eſt in hoc vince. Tūc vero letus redditu⁹ ⁊ de victoria iā ſecur⁹ ſignū crucis qḋ in celo viderat in ſua

Idē in hyſto. tripti= ta lib. j. capitulo. iiij. D.

fronte deſignat. Et ita celit⁹ inuitat⁹ ad fidē nō mihi vr̄ vllo inferior cui ſilr̄ de celo dictū eſt ſaule ſaule qd me pſeq̄ris ego ſū; ieſus nazaren⁹ niſi q2 hic nō adhuc pſequēs ſ; iā cōūs inuitat̄. Exhic ſignū qḋ in celo ſibi fuerat demon ſtratū l militaria vexilla trāſfor mat: ac labaꝝ quē dicūt l ſpecie; crucis dñice exaptat. Et ita armis veriliſq; religiōis iſtructus aduerſus impioꝝ arma pficiſcit̄. S; ⁊ in dextera ſua manu nihilo min⁹ ſignū crucis ex auro fabre factum habuiſſe perhibetur.

Idē in hiſto. tripti= ta libr. j. cap.

¶ Verū nō puto abire videri ſi paululū excedētes etiā qd ppoſiti religioſus dux in hoc bello geſ ſerit proferamus.

B ¶ Igit̄ vbi diuine virtutis auxilio certus de victoria effectus eſt alio nihilominus eſtu religio ſi pricipis animus fluctuabat q; ſc; imperator roman⁹ et pater patrie nominatus ⁊ qui omnes ſi fieri poſſet qui ante ſe principatū geſſerāt pietate ⁊ religione cuperet ſuperare nō ſolū patrie ſed ipſi vrbi romane q̄ romani imperij caput eſt bellū cogeret̄ iferre: nec ſine oppugnatiōe patrie quā tyrann⁹ obſederat reddere poterat patrie libertatē. Angebat̄ hinc anim⁹: ⁊ die noctuq; deū cui ſe iā familiarem ſenſerat p̄cabat̄: ne dexteram ſuā qua; ſigno muniuerat ſalutari cruore romani ſanguinis macularet. Hoc ei die noctuq; poſcenti preſtitit diuina prouidentia. Et cum iam non procul a ponte Moluio caſtra poſuiſſet ecce ſubito velut vi diuina correptus Maxentius agitur in occurſum. Et proruens vrbis rome portis ſe qui ſe reliquum exercitum iubet prioreq; ipſe obuius precurrit armatus. Iuſſerat autem nauibus ad diſcipulam compoſitis fluuiū ſterni ⁊ ſuppoſitis pontib⁹ exequari. vt ergo ipſe eques

⁊ precurſor oblit⁹ operis ſui cum
paucis aggreſſus eſt pontē ſub
ſedere naues: ⁊ in profundū di=
uerſus toti⁹ belli futuras cedes
vni⁹ nefandi capitis ſui dirimit
interitu: atq; impollutā religio=
ſi principis dexterā a ciuili cruo
re ſeruauit. Tum vero nihil mi=
nus in hoc ꝙ in Moyſeo atq; he
breoꝝ populo geſtū videres vt
digne etiā ſup his dici deberet
Currus pharaonis ⁊ virtutē ei⁹
proiecit in mare. Electos aſcen
ſores ternos ſtratores demerſit
in rubrū mare. Ponthū adope=
ruit eos. Ita nāq; maxenti⁹ atq;
ij qui cū ipſo erāt armati ſatel
lites demerſi ſunt in profundū
pontibusq; his deuolut⁹ eſt ꝗs
ad religioſi pricipis aptauerat
exitiū. Sed ⁊ illud ſuper eo ꝯpe=
tēter diceret. Lacum aperuit ⁊
effodit eū ⁊ incidit in foueā quā
operat⁹ eſt. Conuertet dolor ei⁹
in caput ei⁹ et in verticem eius
iniquitas eius deſcēdet. Hec im
pijs cōpetenter aptant. Conſtā
tino vero tāꝗ famulo dei digne
illa iungent que moyſes poſt vi
ctoriā pſtratis cecinit inimicis.
Cantemus dño glorioſe eñ ho=
norificatus eſt equū ⁊ aſcenſorē
proiecit in mare. Adiutor ⁊ ptc=
ctor meus eſt et factus eſt mihi
in ſalutē. Quis ſilis tibi in dijs
deus quis ſimilis tibi glorioſus
in ſanctis mirabilis in claritate
faciēs prodigia. Hec etiā ſi non
verbis rebus tñ geſtisq; conſtā=
tinus ipſi a quo victoriam me=
ruerat excelſo cōcinēs deo vrbē
romā triumphaturus ingredit:
Tunc vero leti omnes cum con=
iugibus ac liberis Senatus po
pulusq; romanus ingenti peſte
liberati ⁊ iugo tyrannice imma
nitatis exempti conſtantinū ve
lut autorem ac reſtitutorem li=
bertatis excipiūt. Ille tñ nec ad
laudes acclamantis ppli nec in
plauſum tāte vrbis ac talis ani
mos relaxabat. Neq; ſue virtuti rem ge=
ſtā: ſed diuino muneri deputabat. Sta=
tim deniq; vbi imagines ſibi ob honorem
triumphāti ſenatus erexit vexillū dñice
crucis in dextera ſua iubet depingi ⁊ ſub
ter aſcribi: q: i hoc ſigno ſingulari ſigno
qḋ vere eſt virtutis inſigne vrbem Ro=
mā ſenatūq; ⁊ populū Romanū iugo ty=
rannice dominationis ereptū priſtine li=
bertati nobilitatiq; reſtitui.

C ¶ Per idem tp̄s conſpirante etiam
tum ſecum Licinio nondum enim in id
veſanie inciderat quo poſtmodum dila=
pſus eſt. Sciētes ⁊ profitentes autorem
ſibi bonoꝝ omnium deum vna eademq;
ſententia legē ſtatuunt in qua deū chri=
ſtianorum pleniſſimis laudibus profe=
quuntur: ⁊ ipſum ſibi autorē toti⁹ virtu=
tis atq; operis profitentur ipſumq; de
tyrāno preſtitiſſe victoriam. Et ideo ab
vniuerſis huic venerationē cultūq; de=
ferendū. Hanc legem etiā ad Maximi=
nū qui tunc orientis partibus dñabatur
amicitiasq; eorū expetere videbat emit
tunt. At ille ingentibus imperatoꝝ re=
bus geſtis perterritus tametſi q̄ ſcribe=
bant cōtraria ſibi ⁊ aliena mētis ſue p=
poſito viderentur tñ qm̄ reſiſtere nō au=
debat: ⁊ rurſum aliene autoritati cedens
inuitus videri in hoc veniſſe erubeſce=
bat metu ſimul ac pudore vſus miſerri=
mis conſiliarijs ſtatuit velut ex ſuo ar=
bitrio atq; autoritate legē pro xp̄ianis ſi
milis ſententie promulgare. In qua aſſe=
ueraret maioribus quidē ſuis prioribus
auguſtis viſum fuiſſe xp̄ianorum gentē
tanꝗ deoꝝ cultui aduerſam penit⁹ eſſe
delendā. Se quoq; aliquādiu ratum ſi=
mili debere vti ſentētia. Sz qm̄ eo magis
gens iſta propagetur ⁊ creſcat quo ma=
xime putat inhiberi velle ſi potius vt ſi
quidē blādis quis ad deorū cultū pſua=
ſionibus acceſcat recipiatur. Nullus
vero cogatur inuitus: ſed habeat in ar=
bitrio ſuo quo ꝗſq; velit ritu colere deū
neq; pro hoc cōmotionē vllā vel pertur=
bationē prouincialibus inferendā. Hec
maximinus ad Sabinū prefectū ſcribit
cum tñ oēs ſcirent eum non ita animo ge
rere: ſed ſimulata hac humanitate de=
cernere. Deniq; noſtrorum nullus au=

Idem in hiſtoria tripartita. libr. i. c 9. in fin

debat vel conſilia agere vel in publico quicqꝫ quod ad religionem pertinet commouere: id eſt vel eccleſias reparare vel ſi quid hmõi vſus noſter poſcebat explere quod fieri lex ad eũ ab imperatoribꝰ miſſa cenſebat. Sed ille impius et mente ferox hoc ſolũ quod meſtus extorquebat indulſerat: nec in aliquo mutauit affectum donec digna in eum verbera vltio diuina proferret. Etenim cum cõtra meritum ⁊ procacitatem mentis ſue vel nomen auguſti vel imperium preſumpſiſſet vir in quo nihil prudentie nihil ſobrietatis aut moderationis inerat arrogãtia tumidus ⁊ ſuperbia inflatus extolli ⁊ erigi etiam aduerſum regni ſocios cepit. In quibus regalis inſtitutio morum ꝓbitate et ſobrietatis ac religionis gratia refulgebat. Audet igitur primo ſe inter eos honore conſtituere priorem: ac non multo poſt rupto federe bellum Licinio conatur inferre: ⁊ breui omnia perturbans modo vrbes quatere modo exercitum fatigare. Ad vltimũ fretus demonibus ⁊ numine deorum ſuorum cum immenſa militum multitudine procedit ad bellum: ſed victoria illum qui deo atqꝫ hominibus inuiſus erat refugiens ad partem alteram tranſit. Et cum ferro cecidiſſet eius exercitus pauci qui ſuperfuerant videntes eum militum copijs ⁊ diuino fauore nudatum manum fortioribus tradunt. At ille ſimul vt ſe dijs ſuis deceptum ⁊ ab hominibus deſertum videt: detractis imperij inſignibꝰ que nec decenter vnqꝫ geſſerat turbis ſe clam fugitantium permiſcens turpiter atqꝫ infeliciter bello exemptus per agros ac vicos latitãs tandem ad ea loca que hoſtibꝰ carere videbant euaſit vanis ſuis ꝑſuaſionibꝰ illud multo verius eſſe perſentiens qđ diuina ſcriptura pronuntiauerat dicẽs. Non fit ſaluꝰ rex per multitudinem virtutis ſue: nec gigas ſaluus erit in multitudine fortitudinis ſue. Fallax equus ad ſalutem in abundantiam autem virtutis ſuis non erit ſaluus. Ecce oculi domini ſuper timentes eum ſperantes ſuper miſericordiam eius vt liberet a morte animas eorum.

D ¶ Igit cũ omni dedecore atqꝫ ignominia tyrannus poſtea quã regreſſus eſt ad propria. Primo tanqꝫ furore quondam ſe digno accenſus plurimos ſacerdotes deorum ſuorũ ⁊ diuinos quos antea mirabatur: ⁊ quorum reſponſis confidens bella commouerat vt deceptores fallaceſqꝫ ⁊ qui ſalutem ſuã regnũqꝫ perdidiſſent interfici iubet. Poſt hec gloriã laudemqꝫ deo xpianoꝝ refert: ⁊ ſera penitentia cõuerſionem in ipſa vite ſue damnatione meditatus cũ grauiſſimam mortem morbis erga ſemetipm̃ certãtibꝰ duceret legẽ ꝓ libertate ac ſecuritate xpianorũ ſcribit: cuius exemplũ infra ſcriptũ eſt. Imperator ceſar galerius maximinꝰ germanicus ſarmaticus pius felix inuictus auguſtus. Indeſinẽter curam prouincialium noſtrorum gerentes ⁊ vtilitatibus eorum vel cõmodis cõſulentes que ad cõmune ⁊ publicum bonum ſpectant queqꝫ animis cunctorum chara ⁊ iucunda ſunt nunqꝫ deſinimus prouidere. Unde cognitum eſſe omnibus non dubito manifeſteqꝫ cõpactum: ex fomite quo iuſſum fuerat a diuis principibus diocletiano ⁊ maximiano parentibus noſtris inhiberi conuentus chriſtianoꝝ plurimas direptiones ⁊ predas ab officialibus factas idqꝫ per dies ſingulos in detrimentum noſtrorum prouincialium profeciſſe (quorum nos curam precipuam habere geſſimus) ita vt bonis ſuis pene ac patrimonijs euoluerent. Super hac re anno preterito legẽ dedimus vt ſi quis vellet genti huic vel religioni adherere a nullo prorſus voluntas eiꝰ ac propoſiti libertas impediretur: ſed ſatiſfacere animis ſuis atqꝫ haberet licentiam abſqꝫ vllo metu vel ſuſpitione agere qđ liberet. Uerum ne nunc quidem latere nos potuit quod quidam ex iudicibus tentauerint permouere rurſum prouinciales noſtros: et velut ex nr̃a eos autoritate turbare quo ſcilicet pigriores erga religionem quam diligunt redderentur. Igitur vt in poſterum omnis metus vel ambiguitas auferatur huius edicti noſtri lege ſancimus vt cunctis innoteſcat licere his qui xpianam ſectam religionemqꝫ venerantur hac noſtre indulgentie largitate vt vnuſquiſqꝫ quẽadmodum vult

et prout animo libet religioni huic ſolennitatiq; deſeruiat. Sed ⁊ orationum domos .i. dñica ſua vt inſtaurent pro voluntate permittimus. Sane quo in oib⁹ cumulatior habeat̃ hec nr̃a largitio etiam illud hac lege ſancim⁹ vt ſi que domus agri vel quelibet predia ex xp̄ianorũ bonis antehac parẽtũ noſtrorũ preceptis ad fiſci ius fuerant ſociata: ſi qua etiam ſibi ab aliquo competita ſunt vel ſi qua diſtracta aut dono ꝗ aliquem collata. Hec omnia in antiquũ ius xp̄ianorꝫ ꝓcipim⁹ reuocari dominiſq; proprijs vniuerſa reſtitui vt et in hoc oẽs pietatis noſtre beneficium capiãt. Talib⁹ maximinus nũc demum vtit̃ legibus q̃ ante annũ non integrũ ereis aduerſum nos tabulis tãq; in eternũ permanſuris ſanxerat penas. In quibus nos velut impios vrbibus et agris exules ac totius pene terre profugos effici iuſſerat. Uerum ne nũc quidem erat ei⁹ integra ⁊ ex corde conuerſio. Sꝫ velut precium quoddã huiuſcemodi leges offerebat deo. Et qm̃ deorum ſuorũ ſpes cum prius in bello deceperat ꝑ hec tanq; mutatis patrocinijs bellum tentabat adoriri. Ignorans vaniſſimus: q; ab holb⁹ nequã ad prauũ inceptũ neq; officijs neq; premijs põt redimi deus.

¶ Cap. x. quõ maximinus in grauiſſimum morbũ incidit ⁊ xp̄ianorꝫ perſecutores deſtruunt̃ qua propter xp̄iani in pace inceperunt viuere.

Igitur cum omnibus copijs inſtruxiſſet exercitum bellumq; parauiſſet iniuſtum: dolorib⁹ internorum viſcerum correptus vehementer exagitari cepit: ita vt ne ſtratus quidem recubare poſſet.

A ¶ Sed exiliens e cubili ſuo ſepe pronus elideret̃ in terrã. Tũ deinde homo edax: ⁊ q̃ vino ſemp repleret̃ nunc ne ſummis quidẽ labris deguſtãdum recipei et cibũ aut odore tenus viuuꝫ ſumeret. Ita carnib⁹ inedia ⁊ ariditate ꝯſumptis: hoc ſolũ ꝑfecit infelix: q; in vltimis vite poſitus iuſtã eſſe vindictã dei: ꝯ ſcelerũ ſe penas merentem ꝑferet expendere. Ad vltimum tñ morbo prius luminib⁹ amiſſis: tũc magis q̃d aduerſum xp̄ꝫ impietatis admiſerit vidẽs viuendi finẽ fecit. Sed defuncto eo qui erga xp̄ianos nũc inaudita crudelitate nunc ſimulata venia agebat aperta indulgentia legitimorꝫ principũ ⁊ abſq; vlla iam ſuſpitione: eccleſiarũ ſtatus multo etiã clarior q̃ꝫ prius fuerat reparari cepit. Uerbũ vero dei ⁊ doctrina xp̄i longe glorioſius ⁊ liberius propagabat̃. Tũ vero inimicis fidei penitudo vltima atrocitatis ⁊ crudelitat̃ ſue fiebat: ita vt puderet eos aſpectus ipſe public⁹: nec eleuare oculos in hoim faciem auderent. Etenim cum primũ ipſe Maximianus imperialibus edictis tyrãnus ⁊ impius ⁊ deo atq; hominibus inuiſus fuiſſet pronũtiatus. tabuleq; eius picte vel imagines eree alie deijci ac ꝓcipitari iuberẽtur: alie vero atris fucate coloribus oblitterari: tanta ſubito rerũ facta conuerſio eſt: vt eius q̃ dudũ aduerſus xp̄ianos de pene eternitate cẽſebat: nũc etiã nomen aut repelleret̃ de memoria holm aut cum opprobrio ac dedecore ſeruaretur. Iudices quoq; eius quos in tyrãnicis dñationibus miniſtros ſcelerꝫ habuerat legitimi principes velut impietatis ⁊ crudelitatis ſatis eius ſatellites interfici iuberẽt. In quibus maximus flagitiorũ ei⁹ ſignifer Peuſcedius fuit qui ſecũdo ab eo ⁊ tertio cõſul prouectus eſt: ac ꝑfecture tenuit culmen. Sed et quintianus ſimiliter prius is apud eum honoribus functus q̃ in egypti partib⁹ aduerſus xp̄ianorꝫ ſanguinẽ inaudita ſeuitia ⁊ crudelitate graſſatus eſt. Sꝫ et alij plurimi per quos maximini impietas fomẽta ꝯceperat. In q̃bus ⁊ theotegnus vltorẽ tandeꝫ xp̄ianorꝫ actuũ eſſe cõperit deũ: qui ꝯſecrati apud Antiochiã ſimulachri gratia etiã ꝑſidalibus a Maximino faſcib⁹ fuerat honorat⁹. Sed cũ licinius veniſſet anthiochiam et magice artis ſtudioſos ad penã iuſſiſſet inquiri: ſacerdotes illi atq; aruſpices nouelli ſimulachri: horum vel ſocij vel etiã magiſtri deprehenduntur. Cũq; ab his inquireretur quo pacto vel reſpõſa redderet ſimulachrum: vel prodigia quedã facere videretur: diſſimulare primo: poſtea tñ artius interrogati: totius ludi cõpoſitã ⁊ cõpaginatã machi

nam pandunt: ⁊ arte Theotegni fatentur cuncta fucata. Igitur primo omniū ipſum tāte deceptionis autorem Theotegnuȝ tum deinde ceteros magice artis miniſtros: q̄s ille ſacerdotes nouelli demonis atqȝ aruſpices collocaret: dignis excruciatos ſupplicijs occidi iubet. Quibus addūtur etiā filij Maximini: quos ille iam imperij ſocios aſſumpſerat. Sȝ ⁊ propinquos eius qui ſe ob huiuſcemodi neceſſitudinem moleſtiſſimos erga ciues ⁊ prouinciales exhibuerant: paribus ſupplicijs afficit: ſtulti et vecordes: qui non audierūt cōmonitionem diuinarum literarum dicētem. Nolite cōfidere in principibus: neqȝ in filijs hominū i quib⁹ nō eſt ſalus. Exiet ſpiritus eius et reuertetur in terram ſuā: in illa die peribunt omnes cogitatiōes eorum. Nos autē quibus ſpes ⁊ ſalus in omnipotente deo conſiſtit et in rege omni chriſto ſaluatore ad redemptionem animarum noſtrarum: ⁊ correptionem libēter ab ipſo ſuſcipimus ⁊ pacem veniāqȝ ab ipſo ſimiliter expectamus.

B ¶ Igit̄ poſteaq̄ repente deo atqȝ hominibus inuiſum ſcdm q̄ ſupra expoſuimus interijt impiorum hominum genus: ita vt merito in his cōpletum videretur quod predixerat ſpiritusſanctus. Uidi impium ſuperexaltatum ⁊ eleuatum ſicut cedros libani: ⁊ trāſiui: ⁊ ecce non erat et queſiui locuȝ eius ⁊ non inueni. Omni nube deterſa letus iā dies ⁊ ſolito clarior illuxerat terris atqȝ eccleſijs chriſti ſplendor ſui ſolis effulſerat: nec vſq̄ qui hoc aliter reſpiceret liuidus ſupererat oculus. Sed cuncti mortales tyrannice que preterierat crudelitatis horrore: etiam ſi nondum fide vatis tamen que noſtra ſunt amplectentes: vniuerſi pariter deū verum pijs eſſe auxilio fatebātur firmāqȝ eſſe ſpem in xp̄o ſperātiū cōprobabāt. Ex quo aderat cunctis veluti diuino munere infuſa letitia maxime videntibus ea loca que paulo āte impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa: rediuiua conſtructione clariora ⁊ excelſiora conſurgere templaqȝ excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim chriſtianorum principum fauor: ⁊ legiſlatione religioſa alacres noſtros animos eo amplius animabat: dum ⁊ ad perſonam epiſcoporū frequentius ſcriberent: ⁊ honorem ſacerdotibus cum ſumma veneratiōe deferrēt: ſed ⁊ impendiorum ſumptus benignius largirentur. Interea feſtiuitates a noſtris frequentiſſime gerebātur cū omni letitia et exultatione per vrbes ⁊ loca ſingula eccleſiarum dedicatiōibus celebratis. Congregabātur in vnum ſacerdotes: nec pigebat etiam longe poſitos cōuenire: quia nullum longum videbatur ſpatium charitati. Concurrebāt etiam populi ad populos: ⁊ tāq̄ vere membra vnius corporis chriſti: iungi ſibijnuicem ſociariqȝ gaudebāt vt videretur in eis compleri figura illa prophetica que cuȝ ſacramento quodam predicata eſt, dicens. Quia congregabatur os ad os: et iunctura ad iuncturam. Quibus etiam vnus ſpirtus ineſſe omnibus infuſus membris: vna anima merito dicitur: qȝ et vna omnibus fides: ⁊ vnus ab omnibus colitur deus: atqȝ ex vno ore hymnos omnes concinunt deo. Iam vero ingens in ſacerdotijs ⁊ miniſterijs atqȝ in omnibus que ad religionis obſeruantiam pertinent gratia refulgebat: aſtabāt hic pſallentium chori: iuuenes ⁊ virgines ſenes cum iunioribus laudabant nomen domini. Hic miniſteria ordinatis ac diſpoſitis vicibus agebantur. Pōtificum quoqȝ ſacerdotum cōſeſſus ipſa canitie venerabilis emin⁹ prefulgebat. Iam vero ſi quis per gratiam dei inſpiratus ſermonem proferret ad populuȝ cum omni ſilentio ora cunctoꝝ in eū oculiqȝ conuerſi tanq̄ celitus ſibi per eum denunciari aliqd expectabant. Tāta auditorum reuerentia tātus ordo in ſacerdotibus ſeruabat̄. Inde alius atqȝ ali⁹: ⁊ non ſolum duo vel tres ſicut apoſtolus dixit ceteris examinātibus loquebant̄: ſed ⁊ quantiſcūqȝ dabat̄ ſermo in apertione oris ſui: vt magis conſtaret in eis illud quod moyſes dixerat. Quis dabit omnem eccleſiā dei prophetare? Nuſq̄ enim liuor: aderat nullum pulſabat inuidia dei dona dei populis miniſtrabant̄ vnuſquiſqȝ ſecundum qđ ſcriptū eſt ad

edificationem eccleſie abundare querebat ⁊ omnia hec in charitate gerebantur ita vt ſe honore inuicem preuenirēt et alter alterum ſeſe diceret meliorem. Nam ſimpliciores quiq; ammirabantur ⁊ ſuſcipiebant eos qui per ſapientiā verbi populos inſtruebant. Sapientes vero ⁊ eruditi viri preferebant eos quibus pura vita ac ſincera ſimplicitas: offerendi deo hoſtias maiorem fiduciam dabat eiſq; immolandi ſacrificij permittebatur officiū quos familiarior vite ſimplicitas i cordis puritate ſeruabat. Sic ſummo ſtudio perquirebat alter in altero quod preferret.

C Igitur cum tali ſimplicitate eccleſiarum gloria apud deum homineſq; ꝓficeret: et imago quedam celeſtium haberetur in terris: ſuper omnia quoq; religioſus princeps Cōſtantinus exultaret in talibus: ac per dies ſingulos fide ⁊ religione creſcens inexplebili gaudio de eccleſiarum profectibus repleretur. Sacerdotibus etiam dei non credebat ſufficere ſi ſe equalē preberet: niſi eos a lōge preferret: ⁊ ad imaginem quandā veneraretur diuine preſentie. Cunq; ꝓ his omnibus non iam vt imperator ſed vt pater coleretur a cūctis: non tulit infelix inuidia vel noſtrorum pacem letis ſucceſſibus creſcere: vel illius erga nos ſtudia inquaſſata durare. Etenim Licini⁹ qui primo quaſi probitate morum et vite integritate ac merito virtutum: non ſolum ab eo in ſocietatem regni fuerat aſcitus verum ⁊ propinquitatem ex coniunctione ſuſceptus (ſororem nanq; Conſtantini in matrimonium acceperat) videns imperatorem non tam vi et metu: quam amore ⁊ religione omnibus imperare: atq; in ſumma veneratione cunctis eſſe mortalibus: ⁊ precipue chriſtianis humano vitio pulſatus: imo inhumane inuidie clade percuſſus occultis inſidijs primo decipere egregiū principem parat idq; ꝗmaxime per familiares ac miniſtros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis et fraudibus ſuſpicatur: tamen quia totus erat confidēs in deo: ad omnia ſe illo ſigno quod ei celitus mōſtratum fuerat muniebat: nec vllis per hoc inſidijs fieri obnoxius poterat. Verum Licinius vbi neq; beneficiorum memoria: neq; affinitatis gratia reprimere immanitatem concepti ſceleris poterat neq; tamen ei per occultas machinas inſidie procedebant: ratus ꝙ imperator chriſtianorum precib⁹ iuuaretur: ⁊ ideo tutus remaneret: ſtulta iracundia permotus Imperator quidem apertum bellum indicit: regniq; fidem ſocietatemq; contaminat. Noſtros vero priuato et ſpeciali odio perſequi parat: hec in querela deuocans ꝙ non ita pro ſe ſicut pro Conſtantino chriſtiani in ſolennibus ⁊ ex precepto ſibi traditis orationibus excubarēt. Verſa igitur vice is qui pauloante acerrime in eos vindicauerat: qui tyrannorum tempore aduerſuꝫ xp̄ianos aliq̄d crudele molliti ſunt: nunc in noſtros tela contorquet et tyrānidis ſue prima ſacrilegia noſtrorū cruore delibat. Primo nāq; omnium de palatio ſuo ſi quis chriſtian⁹ eſſet exire iubet: tum de deo in militia. Poſt hec ꝑfecit peſtis ⁊ tyrannicis edictis ſtatuit omnes qui ſe xp̄ianos ꝓfiterētur in carcerē trudi. Statim tū inuenit aliquid in quo priores crudelitate ſuparet. Addit edicto vt ne quis alicui miſſo in carcere cibum vel potū deferat dicens: iniquum eſſe miām fieri atq; humanitatem ꝓberi ijs quos ipſe ſuis legibus cōdēnaſſet. Et ita multitudines in carcerē retruſe inedia necabant̄. Sed per hoc putabat adhuc occultiorem eſſe tyrannidē ſuam. Verū creſcente animi ſeuitia: etiam hoc parū videtur continuo in epiſcopos ceteroſq; ſacerdotes dei rabiē crudelitatis extēdit. Et primo oīm nobiliores quoſq; ⁊ quos fama clarior extulerat vel ſapiētie ⁊ doctrine opinio commendauerat: callida arte circumuenit: ⁊ eos aut iniuriarum reos fieri au cuiuſlibet alterius ficti criminis precipiens: nullaq; negotij inquiſitione habita puniri hoc ſolo quo deferebantur iubebat. Iam vero poſt hec inaudito omnibus ſeculis crudelitatis modo omnes qui contaminatis ſacrificijs acquieſcere noluiſſent: nō tortorib⁹ vt ꝓdeceſſores ſui tyrāni faciebāt neq; cruciatib⁹ ac ſupplicijs tradi iu

bebat: ſed lanionibus dari: vt eos por-
corum more ſuſpenſos deſpicatoſqꝫ et co
dicibus ſuppoſitos ꝑ fruſta cederent:
et in partes diuiſos: in mare ad pabulū
piſciū proijcerent. Eccleſia quoqꝫ quas
ſuis iam temporibus communibus edi-
ctis extrui fecerat rurſum ipſe ſubuerte
re: ⁊ ꝑ oia ſatꝫ agere quatinꝰ cūctos qui
añ ſe fuerāt tyrānos crudelitate ſupera
ret. Preterea ⁊ leges ſi q̄ apd̓ romanos
bñ ⁊ honeſte a maiorībꝰ late fuerant in
barbarorum ritum conuertere auaritie
quoqꝫ inſatiabiliter ſtudere ſenſus inno
uare et agros cultoribus vacuos tribu-
tis replere. Preterea ſi quos iniquis fa-
ctionibus circunuentos in exilium mi-
ſiſſet horum vxores legitimis matrimo-
nijs auulſas: ſeruis ſuis ac ſatellitibus
iungere. Ipſe vero etiā cōtra etatis ſue
vires adulterijs ⁊ corruptione virginuꝫ
delectari. Uerum vbi huiuſcemodi ar-
mis ⁊ virtutibus inſtructus tyrannideꝫ
ferocius cepit agitare. Conſtantinꝰ autē
qui erat veris virtutibus adornatus et
perfecta in deum pietate munitus: tot
tantiſqꝫ flagitijs ire obuiam parat nec
difficultas aliqua victorie fuit: vbi et cau
ſa iuſtior et fides purior: et virtus emi-
nentior habebatur. Deiectoqꝫ licinio:
atqꝫ omni memoria tyrannice domina-
tionis ablata ſoliditatem romani regni
cum filijs ſolus obtinuit. Tum vero ſta-
tus quidem reipublice equabili mode-
ratione: et cenſura digniſſima Romani
nominis habebatur. In nationibꝰ bar-
baris metꝰ ingēs. In ꝓuincialibus vero
metu deuotio animi maior erat. Quie-
ta omnia et tranquilla ab hoſtibus bel-
liſqꝫ ciuilibus: letiſſecuriqꝫ cuncti morta-
les pacē agitabāt. Eccleſiarū vero glo-
ria incredibile memorata eſt: quāto reli-
gioſi imꝑatoris ſtudio adoleuerit: quan-
taqꝫ eiꝰ cura etiā erga ſumptū indulgen
tiū fuerit. Ardēs nāqꝫ in fide dei animꝰ
⁊ benignū ingeniū atqꝫ clemens: bonis
operibus paſcebat. Intantū vero preſen
tiū rerū bonitas ⁊ trāquilitas obtinebat
vt obliuionē ꝓteritorū pareret malorum.
Edictis nāqꝫ frequentibus per oēm locū
ꝓpoſitis: nō ſolū tyrannicas aduerſum
chriſtianos depulerat leges: iuſqꝫ ciui-
le reddiderat: verū ⁊ priuilegia plurima
eccleſiaſtica ac ſummos honores ſacer-
dotibꝰ detulit. Ita deo atqꝫ hominibꝰ ca-
rus ſummā Romani regni: cum religio-
ne paratum etiam virtute animi ac mo-
deratione ſupra omnes qui prius fuerāt
procurabat.

Euſebij Ceſarienſis hiſtorie eccle-
ſiaſtice explicit liber nonus.

HUcuſqꝫ no-
bis Euſebiꝰ rerū in ecclīa
geſtarū memoriā tradidit.
Cetera vero que vſqꝫ ad
preſens tempus ꝑ ordineꝫ
ſubſecuta ſunt: que vel in maiorū literis
reperimus: vel noſtra memoria attigit
patris religioſi preceptis ⁊ in hoc parē-
tes q̄ poterimus breuiter addemꝰ. Hec
etiā decimo libro eccleſiaſtice hiſtorie con
tinentur.

Incipit liber. x.

Cap. i. de cōuocatione concilij nice
ni ꝓpter hereſim arrij heretici.

CUm apud ale
xandriā poſt achillam qui
petro martyri ſucceſſerat:
Alexander ſacerdotiū ſu-
ſcepiſſet: quia pax noſtris ⁊
quies a ꝑſecutionibꝰ erat atqꝫ eccleſia
rū glīa cōfeſſorū meritis gaudebat pro-
ſperitas rerū noſtrarū domeſtica cōtentio
ne turbat. Etenī pbr̄ quidā apud Ale-
xandriā arrius nōie: vir ſpecie et forma
magis q̄ virtute religioſus ⁊ glorie lau-
diſqꝫ ⁊ nouitatis improbe cupidus pra-
ua quedā de fide xp̄i ꝓferre ⁊ que antea
in queſtionē nūq̄ venerāt cepit abſcin-
dere ac ſeparare ab illa eterna ⁊ ineffa-
bili dei patris ſubſtantia vel natura fi-
lium conabatur. Que res plurimos in ec
cleſia conturbabat. Sed cum Alexāder
epiſcopꝰ natura lenis: ⁊ quietꝰ aſſiduis
commonitionibus Arrium cuperet a
prauo incepto et aſſertionibus impijs
reuocare: nec tamen res ex ſententia ꝓ-
cederet: q̄ pleroſqꝫ iam contagio peſti-
fere aſſertionis infecerat non ſolū apud
Alexandriam: verum ⁊ per alias vrbes
prouinciaſqꝫ diſperſa: pernitioſum fo-

re credens ſi diſſimularet aliis plurimis conſacerdotib⁹ ſuis rē indicat. Queſtio latius innoteſcit ſermo vſqȝ ad aures religioſi principis: quippe qui in oī ſtudio ⁊ diligentia curaret que noſtra ſunt peruenit. Tum ille ex ſnia ſacerdotū apud vrbem Niceem epiſcopale conciliū congregat: ibiqȝ Arriū trecētis ⁊ .xviii. epīs reſidētib⁹ adeſſe iubet: ac de ei⁹ propoſitionibus et queſtionibus iudicari.

¶ Ca. ii. q̄uo ꝯſtātin⁹ in ꝯcilio illo noluit iudicare de q̄relis q̄ inter epiſcopos verſabantur.

Sed in eo concilio ammirabile factum principis non puto reticēdū. Etenī cū ex oībus pene locis epī cōueniſſent ⁊ vt fieri ſolet diuerſis ex cauſis inter ſe iurgia quedā detuliſſent interpellabanꝫ frequēter a ſingulis offerebanꝫ libelli culpe ꝓferebantur: et magis ad hoc ꝙ ad id pro quo ventum fuerat animos dabāt. At ille videns ꝙ per hmōi iurgia cauſa ſummi negotii fruſtraretur diē certam ſtatuit quo vnuſquiſqȝ epōꝝ ſi q̄d querimonie habere videretur deferret. Et cum reſediſſet: ſuſcepit a ſingulis libellos. Quos ſimul oēs in ſinu ſuo ꝯtinēs: nec in eis q̄d cōtineretꝫ aperiēs ait ad epiſcopos. De⁹ vos ꝯſtituit ſacerdotes: et poteſtatē vobis dedit de nobis q̄ȝ iudicādi ⁊ iō nos a vobis recte iudicamur. Uos aūt nō poteſtis ab hoīb⁹ iudicari ꝓpter q̄ꝺ dei ſolius īter vos expectate iudiciū ⁊ vr̄a iurgia q̄cūqȝ ſunt ad illud diuinum reſeruentur examē. Uos etenī nobis a deo dati eſtis dii et conueniens non eſt vt homo iudicet deos ſed ille ſolus de quo ſcriptum eſt. Deus ſtetit in ſynagoga deorum in medio autem deos diſcernit: Et ideo his omiſſis illa que ad fidem dei pertinent abſqȝ vlla animoꝝ contentione diſtinguite. Cum hoc dixiſſet: omnes ſimul querimoniarū libellos iuſſit exuri: ne innoteſceret vlli hominū ſimulatio ſacerdotū. Uerū cum ꝑ dies multos in epōꝝ concilio fidei queſtio verteretꝫ: ⁊ nōnulli diuerſa ſentirent ac vehementer ceptis arrii fauerent: cōplures tn̄ erāt qui impiā arrii execrarentur inceptū. Cūqȝ in eodē cōcilio eſſet cōfeſſorū magnus numerus ſacerdotū: oēs arrii nouitatib⁹ aduerſabanꝫ. Fauebāt vero ei viri l q̄onib⁹ callidi ⁊ ob id ſimplicitati fidei aduerſi.

Idē in hy. triꝑ. lib. ii. ca. ii. et xi. q. i. ſacerdotib⁹. xii. q. i. futurā.

¶ Ca. iii. q̄ a ſimplici ſacerdote dialecticus in verbo dei ſuperatur et xp̄ianus efficit.

Quantā vero virtutē habeat ſimplicitas fidei ēt ex iis q̄ ibi geſta referunt agnoſcim⁹. Etenī cū ꝑ ſtudio religioſi impatoris ex oī terra ſacerdotes dei coiiſſent opinioe ꝯmoti ph̄i quoqȝ ⁊ dialectici valde nobiles ⁊ opinatiſſimi cōuenerunt. In quib⁹ quidā inſignis in arte dialectica per dies ſingulos conflictū ſummi certaminis cum epiſcopis noſtris viris adeque in dialectica nō improbabilr̄ eruditis mouebat ⁊ fiebat ingens ſpectaculū. Cōuenientibus ad audiēdum doctis et literatis viris: nec tamen vllo genere philoſophus concludi a quo quam poterat: aut conſtringi. Tanta etenim dicendi arte obiectis queſtionibus occurrebat: vt vbi maxime putareꝫ aſtrictus velut anguis lubricus laberetur. Sed vt oſtēderet deus ꝙ non in ſermone regnū dei: ſȝ in virtute ꝯſiſtit: q̄daȝ ex cōfeſſoribus ſimpliciſſime nature vir: ⁊ nihil aliud ſciens niſi

Idē in hiſtoria triꝑtita lib. ii. ca. iii.

chriſtum ieſum ꝛ hunc crucifixum inter ceteros auditores epiſcopꝰ aderat. Qui cum vidiſſet philoſophum inſultātem noſtris et callida ſe diſputationis arte iactantem poſcit ab omnibus locum velle ſe paucis cum philoſopho ſermocinari. Cum vero noſtri qui ſimplicitatem viri et impericiam in ſermone duntaxat noſſent pauere ꝛ velut pudorem quendam pati ne forte apud callidos homines riſui efficeretur ſancta ſimplicitas. Perſtitit tamen ſenior ꝛ hunc mouit ſermonis exordium. In nomine inquit ieſu xp̄i phiſoſophe audi que vera ſunt. Deus vnus eſt qui celum fecit et terram. Quiqꝫ homini quē de terre limo formauerat ſpiritum dedit vniuerſa que videntur et q̄ non videntur virtute verbi ſui creauit et ſpiritus ſui ſanctificatione firmauit. Hoc verbum ac ſapientia quem nos filium dicimus humanos miſeratus errores ex virgine naſcitur et p paſſionem mortis a perpetua nos morte liberauit ac reſurrectione ſua eternam nobis contulit vitam. Quē et expectamus iudicem olim q̄ gerimꝰ eſſe venturū. Credis hoc ita eſſe philoſophe: at ille velut ſi nunq̄ vllum ſermonem cōtradicendi didiciſſet ita obſtupefactꝰ virtute dictorum mutus ad oīa hoc ſolum potuit reſpondere: ita ſibi videri. Nec aliud verum eſſe q̄ quod dixerat. Tum ſenior. Si hoc inquit ita eſſe credidiſti: ſurge et ſequere me: ac dominicū et huius fidei ſignaculum ſuſcipe. Et philoſophus conuerſus ad diſcipulos ſuos vel ad eos qui audiēdi gratia conuenerant: audite inquit o eruditi viri: donec verbis mecum geſta res eſt verba verbis oppoſui. Et que dicebantur dicendi arte ſubuerti. Ubi vero pro verbis virtus proceſſit ex ore dicentis non potuerunt reſiſtere verba virtuti: nec homo aduerſari potuit. Et ideo ſi quis veſtrum potuit in his que dicta ſunt ſentire que ſenſi credat chriſto et ſequatur hunc ſenem in quo locutus eſt deus. Ita philoſophus chriſtianus effectus tandem ſe gratulatus eſt victum.

¶ Capitulum .iiij. de paſuntio cōfeſſore eiuſqꝫ miraculis.

Fuit preter ea in illo concilio et paſuntius homo dei epiſcopus ex egypti partibus: confeſſor ex illis quos Maximinus dextris oculis effoſſis et ſiniſtro poplite ſucciſo per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia vt ſigna per eum non minus q̄ dudum per apoſtolos fierent. Nam et demones tantum verbo fugabat et egros ſola oratiōe curabat. Sed ꝛ cecis viſum dicitur reddidiſſe. Et paraliticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe. Quē Conſtantinus in tanta veneratione ꝛ affectu habuit vt ſepius cum intra palatium euocatū complecteretur: et illum oculum qui in confeſſione fidei fuerat euulſus auidioribus oſculis demulceret.

De paſuntio etiā .j. li. x. c. j. A. in hyſto. tri. li. j. c. x. a. et li. ij. c. ij. A.

¶ Capitulū .v. de ſpiridione epō ꝛ eiꝰ mirabilibꝰ hemorrhoiſſionqꝫ additiōe in ſymbolo.

Ex eorū numero et ſi q̄d adhuc eminentius fuiſſe dicitur etiam Spiridion Ciprius epiſcopus vir vnus ex ordine prophetarum quantum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic paſtor ouium etiā in epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam vero nocte cum ad caulas fures veniſſent: et manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent extendiſſent inuiſibilibus quibuſdam vinculis reſtricti vſqꝫ ad lucem velut traditi tortoribꝰ permanſerunt. Cum vero oues ducturus ad paſcua matutinꝰ ſe agere ſenior videt iuuenes abſqꝫ humanis vinculis caulis pē

De hoc ſpiridione etiā in hyſto. tri. lib. j. ca. x. fere p totum.

dere diſtrictos.

A ¶ Cumq͛ cauſam noxe cōperiſſet: abſoluit ſermone quos meritis vinxerat. Et ne eis inanis nocturna cederet occupatio tollite (inquit) o iuuenes vnum vobis arietem ne ſine cauſa veniſſe videamini: quem meliꝰ prece quam furto que ſiſſe conuenerat. Tradunt de hoc etiam illud factū mirabile. Filiam habuit yrenem nomine que ei bene cum bene miniſtraſſet virgo defuncta eſt. Poſt eius obitum venit quidam dicens ſe ei quoddā depoſitum commendaſſe. Rem geſtam ignorauerat pater. Perquiſitum in tota domo nuſq͛ quod petebatur inuentū eſt. Perſiſtebat ille qui commendauerat ⁊ fletu a lachrymis perurgebat. Uite quoq͛ ſue illaturum ſe eſſe exitum niſi commēdata reciperet teſtabatur. Permotus lachrimis eius ſenex ad ſepulchrum filie properat atq͛ eam ex nomine clamitat. Tum illa de ſepulchro quid vis ait pater. Commēdatum illius inq͛t vbi poſuiſti. At illa locum deſignans illic ait inuenies defoſſum. Regreſſus ad domum rem ſicut filia de ſepulchro reſponderat repertam tradidit repoſcēti. Sed et multa alia eius feruntur geſta mirabilia que etiam nunc ore omnium celebrantur.

B ¶ Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti viri in eccleſijs domini refulgebant ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed ⁊ Athanaſius eodem tempore alexandri dyaconus alexandrini epiſcopi aderat concilijs ſenem quam plurimi iuuans. Interea per dies ſingulos agitabatur conuentus: nec facile aut temere de re tanta ſtatuere audebant. Euocabatur frequenter Arriꝰ in concilium ⁊ aſſiduo tractu aſſertiones eius diſcutiebantur. Et quid aduerſum hoc teneri deberet: aut ſtatui ſumma cū liberatiōe querebatur. Uerum poſt diutinum multumq͛ tractatum placet omnibus at velut vno cunctorum ore et corde decernitur homouſion ſcribi debere: id eſt eiuſdem cum patre ſubſtantie filium confiteri: idq͛ firmiſſima omniū ſententia pronunciatur. Decem et ſeptem et ſoli tunc fuiſſe dicuntur quibus arrij fides magis placeret extrinſecus creatum dei filium ex nullis ſubſtantibus et non ex ipſa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad conſtantinū ſacerdotalis concilij ſententia. Ille tanq͛ a deo prolatam veneratur. Cui ſi qui tentaſſet obniti velut contra diuina ſtatuta venientem in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli cum Arrio ſe patiuntur expelli: reliqui vero vndecim concilio inter ſe habito acquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſola non mente. Cuius ſimulationis auctor precipue extitit Nicomedie epiſcopus Euſebius. Interim quomodo alijs veritate alijs ſimulatione (ſicut poſt exitus docuit) ſubſcribentibus ⁊ de ſingulis quibuſq͛ eccleſiaſticis obſeruationibus certa ſtatuta fingentibus concilium diremptū eſt. Exemplum autem expoſitionis fidei eorum q͛ conuenerāt infra ſcriptum eſt.

¶ Exemplum fidei Nicene.

¶ Capitulū. vj. de expoſitione fidei in cōcilio niceno facta ⁊ eiuſdem cōcilij actis.

CRedimꝰ i vnū deum patrem omnipotētem omnium viſibilium ⁊ inuiſibilium factorem.

A ¶ Et in vnum dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium dei: de patre natum vnigenitum. Hoc eſt de ſubſtantia patris. Deum ex deo: lumen ex lumine. Deum verum ex deo vero. Natum non factum. Homouſion patri: hoc eſt eiuſdē cum patre ſubſtantie. Per quem omnia facta ſunt que in celo et que in terris. Qui propter nos et propter noſtram ſalutem deſcendit: et incarnatus eſt homo factus paſſus eſt: et reſurrexit tertia die et aſcendit in celos. Inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat: et anteq͛ naſceretur non erat: et quia ex nullis extentibus factus eſt; aut ex alia ſubſtantia dicunt eſſe aut conuertibilem vel mutabilem filium dei: anathematizat catholica et apoſtolica eccleſia

Acta niceni concilij.

C.i. Statuunt preterea obſeruādum eſſe in eccleſijs ne quis ex his q̄ ſemetipſos per impatientiam libidinis exciderunt: veniret ad clerum.

B C.ij. Et ne quis nuper aſſumptus ex vita vel conuerſatione gentili accepto baptiſmo anteq̄ cautius examinetur clericus fiat.

C.iij. Et ne quis epiſcoporum ceterorūq̄ clericorum cum extraneis mulieribus habitet preterq̄ cū matre vel ſorore: vel thia: vel ſi que ſunt huiuſmodi neceſſitudinum perſone.

C.iiij. Et vt epiſcopus ſi fieri poteſt a totius prouincie epiſcopis ordinetur. Si hoc difficile eſt certe non minus q̄ a tribus: ita tamen vt Metropolitani epiſcopi maxime vel p̄ſentia vel auctoritas habeatur. Abſq̄ quo ordinationem irritaȝ eſſe voluerunt.

C.v. Et ne quem ſi alius epiſcopus de eccleſia expulerit ſiue clericum ſiue laicum ſuſcipiat alius. Sane ne hoc aut iracunda aliqua aut contentione (vt fieri ſolet) iniuſte factum remedium nō haberet: decernunt per ſingulos annos in ſingulis vrbibus atq̄ prouincijs ſecundo ab omnibus epiſcopis prouincialib⁹ concilia agi debere: et de huiuſmodi negocijs iudicari: vt ſi forte ab vno inique aliquid geſtum eſt a ceteris emendetur. Si recte vt ab omnibus confirmetur.

C.vj. Et vt apud Alexādriam vel in vrbe roma vetuſta conſuetudo ſeruetur: vt vel ille egypti vel hic ſuburbicarū eccleſiarum ſollicitudinem gerat.

C.vij. Et vt ſi forte in ordinando ep̄o duo vel tres pro aliqua contentione diſſentiāt reliquorū autoritas et precipue metropolitani cū ceteris firmior habeat.

C.viij. Et vt epiſcopo Hieroſolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua ſeruetur manente nihilomin⁹: ⁊ Metropolitani ipſi⁹ ꝓuincie dignitate.

C.ix. Et vt catharos (qui apud nos nouatiōi ſunt) ſi forte penitētes ad eccleſiā ꝯuertant ꝯfeſſos eccleſiaſtica dogmata clericos ī ordine quidē ſuo ſuſcipi debere: ſed ordinatione data. Sane ſi ep̄s ipſorum veniat ad ep̄m noſtrū debere cū in preſbyterorum loco ſedere. Ep̄i vero nomen manere apud illum ſolum qui catholicam ſemper tenuit fidē: niſi ſua voluntate ipſe cum tali nomine honorare voluerit: vel ſi placuerit: vt querat ei ep̄i locum vacantem hoc in ipſius poteſtate.

C.x. Et ne ī vna ciuitate duo ſint ep̄i.

C.xj. Et ſi qui forte indiſcrete ad ſacerdotium prouecti poſtmodum vel ipſi aliquid de ſe criminoſum confeſſi ſunt: vel ab alijs reuicti vt abijciātur. Sed ⁊ ſi quis ex his qui lapſi ſunt: ⁊ per ignorantiam forte ordinati: recogniti fuerunt vt abijciantur.

C.xij. Et ſi qui abſq̄ tormentis in ꝑſecutionibus lapſi ſunt: ⁊ ex corde agunt penitentiam: quinq̄ annos intra catecuminos faciant: ⁊ duobus annis poſt hoc fidelibus tantum in oratiōe iungantur: ⁊ ita poſtmodum ſuſcipiant. Qui vero ꝓpter ꝯfeſſionē militē abiecerant: ⁊ rurſum hanc ambierunt: hos tredecim annis penitentiam gerere: ⁊ poſt ea ſuſcipi ſi tamen ex corde penitentiam gerant. Eſſe tamen ⁊ in poteſtate ep̄i moderandi facultatem ſi eorum fructuoſam ⁊ attentam penitentiam viderit.

C.xiij. De his vero qui vita excedūt penitentibus decernunt vacuum nulluȝ debere dimitti. Si qui ſane accepta cōmunione ſuperuixerit debere eum tempora ſtatuta cōplere: vel certe prout moderatio epiſcopi voluerit.

C.xiiij. Et ne diaconi p̄ſbyteris preferantur ne ve ſedeant in conſeſſu preſbyterorū: aut illis preſentibus euchariſtiā diuidant: ſed illis agentibus ſolū miniſtrant. Si vero preſbyter null⁹ ſit in preſenti tunc demum etiam iuſſis licere diuidere aliter vero agentes abijci iubēt.

C.xv. De catecuminis q̄ ꝓlapſi ſunt ſtatuere trib⁹ annis eos ad catecuminoꝝ ořone ſeparatos poſtea recipi debere.

C.xvj. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem eccleſiam trāſire quis ambiat ſiue epiſcopus ſiue etiam alius clericus. Et ne quis cleric⁹ qui derelicta eccleſia ſua nulla exiſtente cauſa probabili vagatur et oberrat per alias eccleſias ſuſci-

platur in communione.

¶.xvij. Et vt nemo eum qui ad aliū pertinet ſuſcipiens in ſua eccleſia ordinet clerum abſq; conſenſu illius ad quē pertineat.

¶.xviij. Et ne quis clericus aut vſuras accipiat aut frumenti vel vini amplationem quod ſolet in nouo datū vel ſextuplum vel etiā duplum recipi quod ſi faciat tanq̄ turpis lucri reum abijciendum.

¶.xix. Et vt paulianiſte qui ſunt Fortiniani rebaptizentur.

¶.xx. Sed ⁊ dyaconiſſe quoniā quidem manus impoſitionem non accipiūt etiam ipſas inter laicos eſſe debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum ratio popoſcerat decreuiſſent: ſed ⁊ de obſeruatione paſche antiquum canonē per quem nulla de reliquo varietas oriretur eccleſijs tradidiſſent omnibus rite diſpoſitis eccleſiarum par: ⁊ fides in oriētis et occidentis partibus: vna atq; eadē ſeruabatur.

¶ Capitulum.vij. de profectione helene in hieruſalē ⁊ viuifice crucis ligni atq; tituli inuentione.

DEr idem tēpus helena conſtantini mater femina incomparabili fide: ⁊ religione animi ac magnificentia ſingulari cuius vere Cōſtantinus cum eſſet filius: et crederetur diuinis ammonita viſionibus: hieroſolymam petit atq; ibi locum in quo ſacroſanctum corpus chriſti patibulo affixum pepēderat ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat qđ ab antiquis perſecutoribus ſimulachrū in eo veneris fuerat defixum vt ſi quis xpianorum in loco chriſtum adorare voluiſſet venerē videretur adorare. Et ob hoc infrequens ⁊ pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum vt ſupra diximus religioſa femina properaſſet ad locū celeſti ſibi iudicio deſignatum cuncta ex eo prophana ⁊ polluta deturbans in alium purgatis ruderibus tres confuſo ordine reperiuntur cruces.

¶ Sed obturbabat reperti muneris letitiam vniuſcuiuſq; crucis indiſcreta proprietas. Aderat quidem ⁊ titulus ille q̄ grecis ⁊ latinis atq; hebraicis literis a Pylato fuerat conſcript⁹. Sed nec ipſe ſatis euidenter dominici ꝓdebat ſigna patibuli. Hinc iā humane ambiguitatis incertū diuinū flagitat teſtimoniū. Accidit in eadem vrbe primariā quandā loci illi⁹ feminā graui egritudine confectā ſeminecem iacere. Macharius per idem tempus eccleſie illius eps erat. Is vbi cunctātem reginā atq; omnes pariter qui aderāt videt: afferte huc inquit totas q̄ reperte ſunt cruces: ⁊ que ſit q̄ portauerit dominum nūc nobis aperiet deus. Et ingreſſus cum regina pariter ⁊ populis ad eā q̄ decūbebat defixis genib⁹ huiuſcemodi ad deū p̄cem ꝓfudit.

Idem in hyſtori tripartita. libro ij. capi. xviij. F.

¶ Capitulū.viij. de miraculo hieroſolymis facto q̄ crux dñi ab alijs crucib⁹ fuit euidenter diſtincta.

TU domine qui per vnigenitum filium tuum ſalutem generi humano per paſſionem crucis cōferre dignatus es: ⁊ nunc in nouiſſimis temporibus aſpiraſti in corde ancille tue perquirere lignum beatū in quo ſalus noſtra pepēdit oſtēde euidenter ex his tribus que crux fuerit ad dñicam gloriam vel que extiterint ad ſeruile ſupplicium vt hec mulier que ſemiuiua decumbit ſtatim vt eam lignum ſalutare cōtigerit: a mortis ianuis reuocetur ad vitam.

¶ Et cum hoc dixiſſet adhibuit primo vnā ex tribus et nihil ꝓfecit. Adhibuit ſecundam nec ſi quidem aliquid actū eſt. Ut vero admonuit tertiā repēte apertis oculis mulier conſurrexit.

Idē in hyſtori. tripti ta libro ij. capi. xviij. F

Et ſtabilitate virium recepta alacrior multo ꝙ dum ſana fuerat tota domo diſcurrere et magnificare domini potentiam cepit. Sic euidenti indicio regina voti compos effecta templũ mirificum in eo loco in quo crucem repererat regia ambitione conſtruxit. Clauos quibus corpus dominicum fuerat affixum portat ad filium. Ex quibus ille frenos compoſuit quibus vteretur ad bellũ. Et ex alijs galeam nihilominus belli vſibus aptam fertur armaſſe. Ligni vero ipſius ſalutaris partẽ detulit filio: partem vero thecis argenteis conditam dereliquit in loco ꝗ etiam nunc ad memoriam ſollicita veneratiõe ſeruatur. Reliquie etiã hoc indiciũ religioſi animi regina venerabilis Uirgines quas ibi reperit deo ſacratas inuitaſſe ad prandium: ⁊ tanta eas deuotione curaſſe dicitur vt indignum crederet ſi famulorũ vteretur officijs. Sed ipſa manibꝰ ſuis famule habitu ſuccincta cibum apponeret poculum porrigeret aquam manibus infunderet. Et regina orbis ac mater imperij famularũ chriſti ſe famulã deputaret. Hec quidem hieroſolymis geſta.

Idem tangit in hiſtoria tripartita li.ij. ca. xviij.g.

¶ Cap.ix. quomodo cõſtantinus omnes gentes barbaras vincebat ob cultum religionis.

Interea conſtantinus pietate fretus Sarmatas gothos aliaſqꝫ barbaras nationes: niſi que vel amicitys vel deditiõe ſua pacẽ preuenerãt in ſolo proprio armis edomuit. Et quãto magis ſe religioſius deo ſubiecerat tanto amplius ei deꝰ vniuerſa ſubdebat. Ad ãthoniũ ꝗꝫ primũ heremi habitatorẽ velut ad vnũ ex ꝓphetis lr̃as ſuppliciter mittit vt ꝓ ſe ac liberis ſuis dn̄o ſupplicaret. Ita nõ ſolum meritis ſuis ac religiõe matris: ſed ⁊ interceſſione ſanctorũ commendabilem ſe deo fieri geſtiebat. Sane qm̄ tanti viri anthonij fecimus mentionẽ de virtutibus eius atqꝫ inſtitutis ⁊ ſobrietate mentis vt in ſolitudine vitam degens vſus ſolum modo conſortio fuerit beſtiaꝝ: ⁊ de demonibus crebros agens triumphos placuerit deo ſupra cunctos mortales: et que inſtitutionis ſue preclara vſqꝫ in hodiernum monachis exempla reliquerit volentem me aliqua exponere: ille libellꝰ excluſit ꝗ ab Athanaſio ſcriptus etiã latino ſermone editus eſt. Propter quod nos (omiſſis his ꝗ ab alijs iam dicta ſunt) ea memorabimus que ꝗꝫuis geſtorum contineat fides ab his tamen qui longe poſiti ſunt obſcurior fama ſubtraxit.

De antenio i hiſto. triptita.lib.i. ca.xi.d. e.f.

¶ Cap.x. de captiuitate frumentij ⁊ edifij: ⁊ de cõuerſione Iudeorum per eos facta.

Inter ea diuiſiõe orbis terre que ad predicandũ verbum dei forte ꝑ apoſtolos celebrata eſt cũ alie: alijs prouincie obuenissent Thome parthia: ⁊ mattheo ethiopia eique adherẽs citerior india bartholomeo dr ſorte decreta. Inter quã parthiãqꝫ media: ſed longo interior tractu indiam vlterior iacet multis varijſqꝫ linguis ⁊ gẽtibꝰ habitata quã velut lõge remotã nullꝰ apl'ice predicatiõis vomer impreſſerat. Que tñ tpibus conſtãtini tali quadã ex cã ſemina fidei pria ſuſcepit. Metrodorus qdã phus inſpiciẽdoꝝ locorũ ⁊ orbis ꝑſcrutãdi grã vlteriorẽ dr indiã penetraſſe: cuiꝰ exẽplo inuitatus etiã meropius qdã tyrius phs ſimili ex cauſa adire Indiaz voluit habens ſecuꝫ duos pueru-

los quos liberalib⁹ literis vtpote ꝓpin=
quos inſtituebat. Quoꝝ vnus ꝗ erat iu=
nioꝛ Ediſius alter frumenti⁹ vocabat̄.
Igit̄ peruiſis et in notitiā captis his q̄=
bus animus paſcebat̄ cum phus redire
cepiſſet aque vel ceteroꝝ neceſſarioꝝ
cauſa: ad portū quendā nauis qua ve=
hebat̄ applicuit. Mos eſt inibi barba=
roꝝ: vt ſi qñ fedus ſibi cum Romanis
turbatū vicine nuntiauerint gentes oēs
ꝗ apud eos ex romanis inuenti fuerint
indulgent̄. Inuadit̄ nauis phi: cuncti cū
ipſo pariter perimunt̄. Pueruli reperti
ſub arboꝛe meditātes: et lectiones ſuas
repetētes barbaroꝝ miſeratiōe ſerua=
ti ducunt̄ ad regem. Hoꝝ ille alterū id
eſt Ediſium ſibi pincernā fecit: frumen
tio vero quē quaſi perſpicacem dep̄hen=
derat et prudētem rōnes ſuas ſcriniaq̄
commiſit. Ex quo et in honoꝛe magno
apud regē habiti ſunt ⁊ in amoꝛe. At ve
ro moꝛiens rex vxoꝛem cū paruo filio re
gni reliquit heredē. Adoleſcentibus aūt
quid vellent agendi dedit liberā facul=
tatem. Quos tñ regina ſuppliciter exo=
rat tanq̄ q̄ nihil haberet in toto regno
fidelius vt ſecum vſquequo adoleſceret
filius regendi regni ſollicitudinē parti=
rent̄. Et pꝛecipue frumentiū cuius pꝛu=
dentia ad moderandū ſufficeret regnū.
Nam alius fidem puram ⁊ ſobꝛiā men=
tem ſimpliciter exhibebat. Idq̄ dū age=
rent ⁊ regni gubernacula Frumentius
haberet in manibus: deo mentē eius et
aios inſtigante requirere ſolicit⁹ cepit
ſi qui inter negotiatoꝛes romanos xp̄ia
ni eſſent ⁊ ipſis poteſtatē maximā dare
ac monere vt cōuenticula ꝑ loca, ſingu=
la facerent ad q̄ Romano ritu oꝛationis
cauſa cōfluerent. Sed ⁊ ipſe multo ma=
gis eadē facere: et ita ceteros cohoꝛtari
fauoꝛe ⁊ bñficijs inuitare: pꝛeſtare ꝗcꝗd
opoꝛtunū fuiſſet loca edificijs aliaq̄ ne=
ceſſaria pꝛebere: et omni modo geſtire:
vt chꝛiſtianoꝝ inibi ſemen exurgeret.
Sed cū adoleuiſſet regius puer: cui pꝛo
curationem regni ipſius gerebant ex=
pletis omnibus ⁊ ex fide traditis multū
licet detinentibus ⁊ rogantibus vt ma=
nerent regina vel filio ad oꝛbem tñ no=
ſtrum denuo reuertūtur. Et ediſio feſti=
nante Tyꝛum parētes pꝛopinquoſq̄ re
uiſere. Frumētius alexandriam pergit
dicens equum non eſſe opus occultare
dominicum. Igitur rem oēm: vt geſta eſt
exponit. Epiſcopum admonet vt pꝛoui=
deat virum aliquem dignū quem con=
gregatis iam plurimis chꝛiſtianis ⁊ ec=
cleſijs cōſtructis in barbarico ſolo epi=
ſcopum mittat. Tū vero athanaſius (nā
is nuper ſacerdotiū ſuſceperat) atten=
tius ⁊ pꝛopenſius frumētij dicta geſtaq̄
conſiderans in concilio ſacerdotum ait.
Et quē aliū inueniemus virum talem in
quo ſit ſpiritus dei in ipſo ſicut in te qui
hoc ita poſſit implere. Et tradito ei ſa=
cerdotio redire eum cum domini gra=
tia vnde venerat iubet. Qui cum epi=
ſcopus perrexiſſet ad Indiam tanta ei
data eſſe a deo virtutum gratia dicitur.
vt ſigna per eum apoſtolica fierent ⁊ in
finitus numerus barbaroꝝ conuerterē
tur ad fidem. Ex quo in Indie partibus
⁊ populi chꝛiſtianoꝝ ⁊ eccleſie facte ſunt
⁊ ſacerdotium cepit. Que nos ita geſta
non opinione vulgi ſed ipſo Ediſio tyꝛi
pꝛeſbytero poſtmodum facto qui fru=
menti comes pꝛius fuerat referente co=
gnouimus.

¶ Capitulū. xi. De cōuerſione hebꝛeo=
rum per captiuam mulierem facta.

DEr idē tem
pus etiam hiberoꝛum
gens que ſub axe pon=
tico iacet verbi dei fe=
dera ⁊ fidem futuri ſu=
ſcepit regni. Sed hu=
ius tanti boni pꝛeſtitit
cauſam mulier quedā captiua: q̄ apud
eos reperta cū fidelem ſatis et ſobꝛiam
ac pudicam duceret vitam totiſq̄ dieb⁹
ac noctibus obſecrationes deo peruigi=
les exhiberet in ammiratione eſſe ipſa
rei nouitas barbaris cepit. Et quid hoc
ſibi velit curioſius perquirebāt. Illa vt
res erat ſimpliciter chꝛiſtū ſe deum hoc
ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc am=
plius barbari pꝛeter nouitatē nominis
mirabantur. Uerum vt fieri ſolet ipſa
perſeuerantia curioſitatem quandam
mulierculis inferebat: ſi quid emolu=
menti

mentiex tanta deuotione caperet. Moris apud eos eſſe dicitur vt paruulus ſi egrotet circunferat a matre per ſingulas domus quo ſcilicet ſi qui experti aliquid remedij nouerint conferant laboranti. Cunqꝫ mulier quedã paruulũ ſuũ per omnes circũtuliſſet ex more nec aliquid remedij cunctas domus luſtrando cepiſſet venit etiam ad captiuam: vt ſi quid ſciret oſtẽderet. Illa ſe humani q̃dem remedij nihil ſcire teſtat: deum tñ ſuum xp̃m quem colebat dare ei deſperatam ab hominibus ſalutẽ poſſe confirmat. Cunqꝫ cilicio ſuo ſuperpoſuiſſet paruulum atqꝫ ipſa deſuper orationem fudiſſet ad dominum ſanum matri reddit infantem. Sermo defert ad plures: factiqꝫ fama magnifici vſqꝫ ad aures regine perlabitur.

¶ Que dolore quodam grauiſſimo corporis afflicta: in deſperatione maxima erat. Rogat ad ſe captiuam deduci. Illa ire abnuit ne preſumeret amplius aliquid q̃ ſexus ſinere videretur.

¶ Ipſa ſe regina deferri ad captiue cellulam iubet. Quã ſimiliter ſupra ciliciũ ſuum poſita inuocato xp̃i nõie continuo poſt precem ſanã ⁊ alacrem fecit exurgere: xp̃mqꝫ eſſe deum dei ſummi filiũ qui ſalutem hanc contulerit docet: eũqꝫ quẽ ſibi autorem ſue ſciret eſſe incolumitatis: ⁊ vite commonet inuocandũ. Ipſum namqꝫ eſſe: qui et regibus regna diſtribuat et mortalibꝰ vitam. At illa cum leticia domũ regreſſa marito percunctãti cauſam tã ſubite ſanitatis aperuit: qꝫ cũ pro ſalute cõiugis letus mulieri munera deferri iuberet: illa horũ inquit o rex nihil captiua dignat. Aurum deſpicit argentum reſpuit ieiunio quaſi cibo paſcitur: hoc ſolum ei muneris dabimus ſi eum qui me illa inuocante ſanauit Chriſtum deum colamꝰ. Ad hec tũc rex ſegnior fuit ⁊ interim diſtulit ſepius licet ab vxore commonitus donec accidit quandã die venante eo in ſiluis cum comitibus ſuis obſcurari denſiſſimis tenebris diem ⁊ per tetre noctis horrorẽ luce ſubducta iter greſſibus denegarit. Alius alio diuerſi ex comitibus oberrãt ipſe ſolus dẽſiſſima obſcuritate circundatus quid ageret quo ſe verteret neſciebat: cum repente anxios ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcẽdit. Si vere deus eſt chriſtus ille quem vxori ſue captiua predixerat nunc ſe de his tenebris liberet vt ipm ex hoc omiſſis omnibus coleret. Illico vt hoc nondũ verbo ſed ſola mente deuouerat reddita mundo dies regẽ ad vrbem perducit incolumẽ. Quiqꝫ regine rẽ protinus vt geſta eſt pandit euocari iamiamqꝫ captiuã ⁊ colendi ritum vt ſibi tradat expoſcit: nec ſe vltra alium deũ q̃ chriſtum veneraturum eſſe confirmat. Adeſt captiua edocet dominum chriſtum: ſupplicandi ritum venerandiqꝫ modũ inquãtum de his aperire femine fas erat pãdit. Fabricari tamen eccleſiam monet formamqꝫ deſcribit. Igit rex totius gentis populo conuocato rem ab initio que erga ſe ac reginam geſta fuerant exponit: fidemqꝫ edocet: ⁊ nondũ initiatus in ſacris fit ſue gentis apoſtolus. Credunt viri per regem femine per reginã. Cunctiſqꝫ idem volentibus eccleſia extruitur inſtanter: et eleuato iam perniciter murorum ambitu tempus erat quo columne collocari deberent. Cũqꝫ erecta prima ⁊ ſecũda ventũ fuiſſet ad tertiam conſumptis oĩbus machinis et boum hominũqꝫ viribus cũ media iam in obliquũ fuiſſet erecta: ⁊ pars reliqua nullis machinis erigeret repetitis ſcdo et tertio ac ſepius virībꝰ ne loco q̃dẽ moueri attritis oĩbus potuit. Admiratio erat totius populi: regis animoſitas hebeſcebat: q̃d fieri deberet oẽs ſimul latebat. Sed cũ interuentu noctis oẽs abſceſſiſſent cunctiqꝫ mortales ex ipa opera ceſſarent: captiua ſola in oratione pernoctans mãſit intrinſecus. Cũ ecce matutinus ⁊ anxius cum ſuis oĩbus ingreditur rex: videt columnam quã tot machine et tot populi mouere non quiuerant erectam ⁊ ſuper baſim ſuam librate ſuſpenſam nec tamen ſuperpoſitam: ſed quantũ vnius pedis ſpacio in aere pendentem. Tum vero omnes populi contuentes et magnificantes deum veram eſſe regis fidem et captiue religionem preſentis miraculi teſtimonia perhibe=

bant. Et ecce mirantibus adhuc et ſtupentibus cunctis: in oculis eorum ſenſim ſuper baſim ſuam nullo contingente columa depoſita ſumma cum libratione cõſedit. Poſt hec reliquus numerus columnarum tanta facilitate ſuſpenſus eſt: vt omnes que ſuperfuerant ipſa die locarentur. Poſtea vero ꝙ eccleſia magnifice conſtructa eſt: et populi fidei maiore ardore ſitiebant: captiue monitis ad imperatorem Conſtantinum totius gentis legatio mittitur. Res geſta exponitur ſacerdotes mittere exoratur: q̄ ceptum erga ſe dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmiſſis multo amplius ex hoc letatus eſt: ꝙ ſi incognitas Romano imperio gentes ⁊ regna ignota iunxiſſet. Hec nobis ita geſta fideliſſimus vir Bacurius gentis ipſius rex: et apud nos domeſticorũ comes cui ſumma erat cura: ⁊ religionis ⁊ veritatis expoſuit cum nobiſcum Paleſtini tunc limitis dux in hieroſolymis ſatis vnanimiter degeret. Sed ad ceptum redeamus.

¶ Capitulum. xij. de Conſtantia ſorore Conſtantini ⁊ preſbytero per eum fratri ſuo commendato: qui poſt mortem Conſtantini conſtãtie inſinuauit vt arrium reuocaret.

incolis obſeruatum. Cunqꝫ nauicula ſenum oram ſoli illius contigiſſet: ecce ſubito ſacerdotis templi illius virgo filia correpta ſpiritu cum ingenti vociferatione et clamoribus vſqꝫ ad celum datis per medios agi populos cepit. Et crebros ducens rotatus ſtridens huc atqꝫ illuc rapida ora vibrare. Cunqꝫ ad ſpectaculum tam ingētis monſtri maxime cum eſſet ſacerdotis filia qui in honore precipuo apud illos erat: populi conueniſſent: per auras eam raptam ſequentes: perueniunt vſqꝫ ad nauiculam ſenū. Ibi vero proiecta eorū pedibus et proſtrata clamare cepit. Quid veniſtis huc ſerui dei ſummi antiqs nos ⁊ veternoſis euoluere domicilijs. In hoc loco depulſi vndiqꝫ latebamus? Quomodo vos nequaqꝫ latere potuimus. Cedimus antiquis ſedibus: populos veſtros terraſqꝫ recipite. Cū hoc diceret increpatus ab eis erroris ſpiritus effugatur. Et puella ſana vna cū parentibus ſuis iacebat ad pedes noſtri temporis apoſtolorum. Qui talibus exordijs predicātes eis fidem domini noſtri ieſu xpi: in tantam cōuerſionem repente eos perduxerunt: vt ſtatim manibus ſuis antiquiſſimum tēplum ⁊ in ſumma veneratione habitum deſtruerent ⁊ eccleſiam confeſtim edificarent. Nec ad deliberandum ſpacio tēporis eguerunt: quibus fidem rerū fecerant non verba: ſed virtus. Sed hoc cū fuiſſet Alexandrie nunciatum: veritus Lucius ne forte etiaꝫ ſuorum in eū odia iuſta cōſurgerent: qui aperte iam bellū nō hominibus ſed deo indiceret: occulte eos reuocari ⁊ in heremū remitti iubet. Dū hec in egypto geruntᷣ ne in alijs qdem locis pſecutionis flamma ceſſabat.

¶ Cap. v. de perſecutione apud ediſſam meſopotamie ciuitatē ad quam xpiani precipites currebāt. Inter quos mulier quedā cū puero veloci curſu pperabat.

EDiſſa nāqꝫ meſopotamie vrbs fideliū populorū eſt Thome apoſtoli reliquijs decorata. Ubi cū imperator populos vidiſſet eccleſijs eiectos in campo habere conuenticulum: tanta dicitᷣ iracundia accenſus vt prefectum ſuū pugno percuteret et cū nō fuiſſent inde quoqꝫ ſicut iuſſerat deturbati. At ille lꝫ eſſet paganus: ⁊ iniurijs ab imperatore fuiſſet affectus: tñ conſideratiōe humanitatis altera die ad vaſtandū populū proceſſurus: facit hoc ipſum ciuibus per occulta indicia clareſcere quo ſcꝫ cauere ſe poſſent: ne inuenirentᷣ in loco mane proceſſurus terrorē ſolito maiorē per officiū mouet: agitqꝫ oia quoqꝫ minimi vel ſi fieri poſſet nulli periclitarētur. Uidet tñ frequentiorem ſolito populū tendere ad locū currere precipites: ⁊ feſtinare tanqꝫ vererentur ne quis deeſſet ad mortem. Interea videt quandā mulierculā ita feſtinam et properam domo ſua prorūpere vt nec claudere hoſtium nec operiri vt mulierū habitum decet diligentius potuiſſet: infantē quoqꝫ paruulum ſecum trahenteꝫ: curſuqꝫ rapido irrupto etiā officij agmine feſtinantem. Tū ille vltra nō ferens: apprehendite inquit mulierē: et huc deducite. Cūqꝫ fuiſſet adducta quo inquit infelix mulier properas tam feſtina. Ad campum ait quo catholicorū populus cōuenit. Et nō inquit audiſti quia prefectus illuc pergit vt oēs interficiat quos inuenerit. Audiui inquit. Et ideo feſtino vt ibi inueniar. Et quo inquit paruulū iſtū trahis. Ut ⁊ ipſe ait martyrium cōſequi mereatᷣ. Que cū audiſſet vir moderatiſſimus redire officium ⁊ cōuerti vehiculū ad palatium iubet. Et ingreſſus ait Imperatori. ſubire mortē ſi iubeas paratus ſum: opus vero qđ precipis implere nō poſſum. Cunqꝫ edocuiſſet cuncta de muliere repreſſit imperatoris inſaniam.

Idē in hiſto. tripti-ta libr. vij. ca. xxxij.

¶ Cap. vj. de moyſe quodā quē regina ſarracenorū popoſcit fieri epm Alexandrie qui vehemen-

ter ⁊ palam lucium ꝓpter ſuas perſecutiones increpauit.

Per idez tēpus eccleſia velut perſecutionis igne conflāte purior auri metallo refulgebat. Nō enim in verbis vniuſcuiuſqꝫ fides: ſed in exilijs ⁊ carceribus probabatur: quia nō honori erat catholicum eſſe ſed pene precipue apud Alexandriam. Ubi nec ſepeliendis quidē corporibus mortuorum libera facultas fidelibus erat. Que dum lutius omni arrogātia ⁊ ſeuitia gereret: Mauuia Sarracenorū gentis regina: vehementi bello Paleſtini et arabici limitis oppida atqꝫ vrbes quatere: vicinaſqꝫ ſimul vaſtare ꝓuincias cepit. Cūqꝫ frequentibus bellis romanum attriuiſſet exercitum: et plurimis peremptis reliquos vertiſſet in fugaz: orata pacem nō aliter ſe amplexurā promittit: niſi moyſes quidā nomine monachus genti ſue ordinaretur epiſcopus. Qui in heremo partibus ſuis propinqua vitam ſolitariam ducens meritis et virtutibus ac ſignis que faciebat deus per illū magnifice innotuerat. Petitio eius principi indicata Romano ſine vlla dilatione iubetur impleri a ducibus noſtris qui ibi infeliciter repugnauerant: captus Moyſes ad ſacerdotium ſuſcipiendū Alexandriam ex more deducitur. Adeſt Lutius cui ordinādi deferebatur officium. Quo viſo Moyſes preſentibus ducibus qui perurgebant ⁊ populis ait. Ego quidē me non eſſe dignum tanto ſacerdotio iudico. Uerūtamen ſi aliqua in me licet indigno diuina diſpenſatio putatur explenda: deum noſtrum celi ac terre dominum teſtor ꝙ Lutius ſanctorum ſanguine pollutas ⁊ cruentas ſuper me nō imittet manus. Cuiqꝫ Lutius tam graui nota iniuſtā ſe videret in oculis plurimorum. Quare inquit o Moyſes tam facile condemnas eum cui⁹ fidem ignoras? Aut ſi tibi aliquis de me aliter iudicauit audi fidem meā et tibi ipſi magiſqꝫ alijs crede. Tum ille. Deſine inquit o Luci doloſis tuis me quoqꝫ imaginibus aggredi. Bene mihi nota eſt fides tua: quā ꝓteſtantur ſerui dei per metalla damnati. Epi in exiliū truſi p̄ſbyteri dyaconi extra xp̄iani nolis habitacula relegati. Beſtijs alij: alij etiam ignibus traditi. Nūquid pōt verior eſſe fides ꝙ̄ auribus capitur ꝙ̄ ꝙ̄ oculis puidetur? Apud me certum eſt ꝙ qui chriſto recte credunt iſta non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (qm̄ perurgebat neceſſitas reipublice conſulēdi) compulſus acquieſcere: vt ab epiſcopis quos in exilium truſerat ſacerdotium ſumeret. Quo ſuſcepto: et gentis ferociſſime pacem tenuit et fidei catholice cuſtodiuit intemerata cōſortia.

¶ Cap. vij. De didimo qui ꝗuis luminibus orbatus eſſet in omniū ſcientia nō parū profecit quē ꝯſolatus eſt Antonius ſup oculorum amiſſione.

Verum cuz apud alexandriā populos et vrbē: nebuloſi ductoris tetra ꝑfidie caligo ſuffunderet velut lāpadam quādaz diuina luce fulgentem Didimum dn̄s accēdit. De cuius vita atqꝫ inſtitutis qm̄ ad eccleſie gloriā dei munere cōceſſus credit̄ licet in tranſcurſu neceſſario tñ commemorāda nobis pauca vident̄. His namqꝫ in parua etate: cū etiam adhuc prima literarū ignoraret elementa luminibus orbatus maiore deſiderio ſcientie veri luminis inflammatur: nec deſperationem cupita adipiſcendi paſſus eſt: cū audiſſet in euangelio ſcriptū qd apud homines impoſſibile eſt poſſibile apud deum. Hac igitur oīa pollicitatione cōfiſus indeſinenter dominū precabat̄ non vt oculorū carnalium viſum ſed vt illuminationē cordis acciperet. Miſcebat tñ precib⁹ ſtudia ac la

De didimo et habes apud hiſto. tripti. lib. viij. ca. viij.

bores ⁊ iuges cõtinuataſq; vigilias:non
ad legendum ſed ad audiendum adhibe
bat:vt quod alijs viſus hoc illi conferret
auditus. Cum vero poſt lucubrationis
laborem ſomnus vt fieri ſolet legentibus
aduenißet:Dydimus ſilentium illud nõ
ad quietẽ vel ocium datũ ducens tanq̃
mundum animal ruminans cibum quẽ
ceperat ex integro reuocabat:et eo qua
dudum percurrentibus alijs ex librorũ
lectione cognouerat memoria et animo
retexebat:vt non tam audiſſe que lecta
fuerant q̃ deſcripſiſſe ea mentis ſue pa=
ginis videretur. Ita breui deo docente
in tantam diuinarum humanarumq; re
rum eruditionem ac ſcientiam venit:vt
ſchole eccl'iaſtice doctor exiſteret Athana
ſio epiſcopo: ceteriſq; ſapientibus in ec=
cleſia dei viris admodum probat⁹. Sed
et i ceteris ſiue dyaletice:ſeu Geometrie
Aſtronomie quoq;:vel Ariſmetice diſci=
plinis ita eſſet paratus: vt nullus vnq̃
philoſophorum aliqua ex his artibus pro=
ponens obtinere eum vel cõcludere qui=
uerit. Sed ſtatim vt reſponſiones eius
acciperet magiſtrum eum etiam illius
de qua propoſuiſſet crederet diſcipline
huius aliquanti dicta vel cõmuniter diſ=
putata:vel proponẽtibus reſponſa adhi
bitis notarijs deſcripſere:que etiam nũc
in magna ammiratione habentur. Nos
tamen qui ⁊ viue vocis eius ex parte ali
qua fuimus auditores et ea que a non=
nullis dicente eo deſcripta ſunt:legimus
longe maiorem gratiam et diuinum ne=
ſcio quid ac ſupra humanam vocem ſo=
nans in illis magis ſermonibus qui de
ore ipſius proferebantur agnouimus.
Hũc etiam beatus Antonius cum fidei
athanaſij teſtimonium ſaturus aduer=
ſum arrianos de Thebaide alexandriã
deſcendiſſet magnificis cõſolatus eſt ver
bis. Nihil te inquit offendat. o Didime
q̃ carnalib⁹ oculis videris orbatus. De=
ſunt tibi illi oculi quos mures et muſce
et lacerte habent. Sed letare quia ha=
bes oculos quos angeli habẽt ⁊ quibus
deus videtur:per quos tibi magnũ ſcien
tie lumen accenditur.

¶ Capitulum.viij.quanti ex diſci=
pulis antonij etiam tunc in here=
mo habitantibus virtutes et ſi=
gna fecerunt.

FLorebat igi=
tur egyptus ea tempeſtate
non ſolum eruditis in chri=
ſtiana philoſophia viris ve
rumetiam his qui per vaſtam eremum
commanentes ſigna et prodigia apoſto=
lica ſimplicitate vite ⁊ cordis ſinceritate
faciebant. Ex quibus interim quos ipſi
vidimus et quorum benedici manibus
meruimus hi ſunt. Macharius de ſupe=
riori eremo aliuſq; Macharius de infe=
riori. Hyſidorus in ſcithis. Pamb⁹ in cel
lulis. Moyſes:et Beniamin in nitria Sy
brion:⁊ Helyas:et Paulus in apetelis
et alius paulus i Focis. Pemẽ ⁊ Ioſeph
in piſpiri qui appellatur mons Antonij.
Sed et alios q̃plures huiuſmodi viros
in egypti partibus habitare fidei cope=
rimus auditu:vt vere compleretur apo
ſtoli dictum:quia vbi abũdauit peccatũ
ſuperabũdauit ⁊ gratia. Habuit autem
per idẽ tempus etiã Meſopotamia viros
nobiles eiſdẽ ſtudijs pollentes. Quorũ
aliquãtos ipſi nos per nos apud Ediſſam
et in Carrarum partibus vidimus: plu=
res autem auditione didicimus.

¶ Capitulũ.ix.de initijs gregorij na=
zanzeni ⁊ ſancti baſilij capadocie epi
ſcopi qui per diuerſas mundi partes
diſcurrentes verbis et predicatione
deſides ſuccendebant.

SEd neutra ha=
rum infecundior Cappado=
cia fuit:imo aliquid leti⁹ gre=
gorium cũ baſilio germinauit
Tulit igitur ⁊ ipſa multorum ſanctorum
ſegetem ſatis letã producit copioſam pio
rum vineam. Oliuarũ quoq; domini ger
minauit nouellam. Sed iſti precipue ve=
lut duo filij pinguedinis aſſiſtentes dex=
tera leuaq; candelabro inſtar duorũ celi
luminarium refulgebant. Unde dignuz
puto de his pauca ſupra repetere. Am=
bo nobiles ambo athenis eruditi:ambo
college:ambo de auditorio digreſſi ad pro
fitendam rethoricam rogabãtur. Quod
opus magnifice quidem implebat baſi=

lius gregorius vero magnificentius con=
tenebat quicq; cū ſe totū dei ſeruitio man
cipaſſet: tm̄ de college amore preſumpſit
vt ſedentem Baſilium de decoris cathe=
dra deponeret ac ſecū ad monaſterium
manu iniecta perduceret. Ibiq; per an=
nos vt aiunt tredecim: omnibus greco=
ruꝫ ſecularium libris remotis ſolis diui=
ne ſcripture voluminibus operam da=
bant earumq; intelligentiam nō ex pro=
pria preſumptione ſed ex maiorum ſcri=
ptis et autoritate ſequebantur quos et
ipſos ex apoſtolica ſucceſſione intelligen
di regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Quoruꝫ
precipue in prophetas commentarios
diſcutientes: theſauros ſapientie recon=
ditos in vaſis fictilibus requirebant. Ve
rum cum iam ipſi ſufficienter inſtructi di
uina diſpēſatiōe ad imbuēdos populos
vocarent: ⁊ alius alio itinere ad idem tn̄
opus vterq; traheretur Baſilius Ponti
vrbes: et rura circūiens deſides gentis
illius animos et parū de ſpe futura ſol=
licitos ſtimulare verbis ⁊ p̄dicatione ſuc
cēdere callūq; ab his longe negligentie
cepit abolere ſubegitq; abiectis manuū
rerū ⁊ ſecularuꝫ curis ſuimet notitiam
recipere in vnum coire monaſteria con=
ſtruere pſalmis ⁊ hymnis: ⁊ orationibus
vacare docuit pauperum curam gerere
eiſq; habitacula honeſta et quecunq; ad
victum neceſſaria ſunt prebere. Virgi=
nes inſtituere pudicam caſtamq; vitam
omnibus pene deſiderabilem facere ita
breui permutata eſt totius prouincie fa
cies vt in arido vt ſqualēte cāpo videret
ſeges fecunda et leta vinea ſurrexiſſe.
Gregorius vero bonū ſemē non patieba
tur aut ſuper ſpinas iacere: aut inter ſa
xa diſpergere: ſed bonā terrā cordis ſui
iugi cultu ⁊ exercitijs indeſinentibus ex=
colebat. Et multo amplius hic in ſemet
ipſo ꝙ ille in ceteris proficiebat. Suſci=
pere ille q̄ renunciātes ſeculo deferebāt
ad pedes ſuos et diuidere vt q̄ſq; eguiſ=
ſet curam gerebat. Iſte nihil habendi et
oia poſſidēdi ꝯtētus ſacramēto erga ſo=
las ſapiētie diuitias auarus ⁊ multū cu
pidus inherebat. Ille coire plures in
vnum et ſui inuicem in neceſſarijs habe
re ſollicitudinem docebat: hic ſui exem=
plo ꝙ erat abſolutus et liber cū
ctis ſermone apoſtolico predica=
bat: ego aūt volo vos ſine ſollici=
tudine eſſe. Dn̄s in proximo eſt:
nihil ſolliciti ſitis: ſed tanq; ſerui
xp̄i hoc ſolū eſtote ſolliciti qn̄ re=
deat dn̄s de nuptijs. Ille delin=
quentibus miſericorditer ꝯdole
re ⁊ a delicto reuocare hic per di
uini eloquij gratiā delinquendi
incitamenta preuenire: nec ſine
re labi eum qui difficulter erige
retur eliſus. Ille in fide purus
hic in predicatione liberior. Ille
deo humilis hic etiam hominibꝰ
erat. Ille arrogantes contēptu
hic rōne vincebat. Sic in vtroq;
diuina gratia vnum opus per=
fectionis explebat.

B ¶ Igitur nō poſt Baſilius
ceſaree cappadocie ep̄s cū a Va
lente in exilium pro fide cogeret:
exhibitus eſt ad tribunal prefe
cti terroribuſq; (vt illi moris eſt
poteſtati) ⁊ minis maximis agi
cepit: vt niſi preceptis principis
obediret interitū ſibi iam iāq;
ſperaret impendi. Tū ille intre=
pidus ⁊ abſq; vlla animi pertur
batiōe hoc ſibi minanti prefecto
rn̄diſſe fertur atq; vtinā aliquid
mihi eſſe digni muneris qd offe=
ram huic qui maturius Baſiliū
de nodo follis huius abſolueret.
Cumq; daret ei nox q̄ erat me=
dia ad ſpatiū deliberandi rn̄diſ=
ſe denuo perhibet. Ego craſti=
no ipſe vero qui nunc tu te vtinā
nō mutares. Et illa quidem no=
cte vxor imperatoris velut tor=
toribus tradita cruciatur. Filiꝰ
vero qui erat eis vnicus extin=
ctus paterne īpietatis creditur
exoluiſſe ſupplicia. Ita ante lu=
cem miſſi ſunt: q̄ rogarent Baſi=
lium vt precibus ſuis intercede
ret ꝓ eis ne etiā ipſi et quidem Idem i
multo iuſtius ſimiliter interirēt. hiſto.
Sic accidit vt cū oēs catholicos trip. li.
expulerit Valēs Baſilius vſq; vij. ca.
ad vite exitū itemerato cōionis xxxvj.

ſacramẽtũ in eccleſia pduraret. Gregorius vero apud Nazaurõ oppidũ in locum patris ep̃s ſubrogat⁹ hereticorum turbinẽ fideliter tulit. Reddita vero pace ↄſtãtinopolim ad eccleſiã docẽdã venire exoratus nõ abnuit. Ubi breui tempore tantum ad emendandum populum vetuſtis hereticorum infectum venenis profecit vt tunc primum chriſtiani ſibi fieri viderent͛ ⁊ nouellã lucem veritatis aſpicere cum religionis doctor multa quidem verbis plura tñ doceret exemplis nec viderẽt ab eo diſcipuli aliquid imperari qđ nõ pri⁹ ipſe feciſſet. Sꝫ vbi gloriam ſubſecuta inuidia eſt obniti quidẽ ⁊ ꝓſcriptiõib⁹ minus ſanis vti cepere vt ipſo ad propria remeante alius ordinaret͛ ep̃s. Quod ille ſuſurrari tantum ⁊ ſub dente ſentiens ruminari ipſe profert q̃ dicere ei nullus audebat. Abſit inquit: vt mei cauſa aliqua ſimultas in dei ſacerdotibus oriatur. Si propter me eſt iſta tempeſtas tollite me et mittite in mare et deſinet a vobis quaſſatio. Tunc regreſſus in eccleſia ſua quod ſuperfuit vite tempus exegit. Et qm̃ feſſa iam etate et corpore inualidus erat ſucceſſorẽ ſibi ipſe delegit quo eccleſiam gubernãte debilitatis ⁊ ſenectutis ocio frueretur. Extant quoq; vtriuſq; ingeniĳ monimenta magnifica tractatuum quos ex tẽpore in eccleſĳs declamabãt. Ex quibus nos denas ferme ſingulorum oratiunculas tranſfundimus in latinũ: baſilĳ preterea inſtituta monachorum optantes (ſi potuerimus ⁊ dei fauor adiuuerit) eorũ plura transferre. Fuerũt preterea fratres duo Baſilio gregorius ⁊ Petrus quoꝝ alter in verbo ita doctrine alter in operibus fidei fratrẽ exequabat vt vterq; vel gregoriũ redderet. Extant etiam ipſius Gregorĳ iunioris aliqua opuſcula luculenta. Sed de his ſatis dictum. In occiduis vero partibus Ualentinianus fide religionis illeſus vetere Romani imperĳ cenſura rem publicam gubernat.

¶ Capitulum. x. quomodo damaſus ſacerdotium in vrbe roma ſuſcepit qđ vrſinus egre ferens ſtatim ſeditio magna oritur.

DAmaſus poſt liberiũ per ſucceſſionem ſacerdotiũ in vrbe Roma ſuſceperat. Quem prelatum ſibi non ferens Urſinus quidem eiuſdẽ diaconus in tantum furoris erupit vt perſuaſo quodam ſatis imperito ⁊ agreſti epiſcopo collecta turbulentorũ ſeditioſorũ manu ĩ baſilica q̃ ſiciniana appellatur ep̃m ſe fieri extorqueret legibus ⁊ ordine traditione peruerſis. Quo ex facto tãta ſeditio imo vero tanta bella orta ſunt alterutrum defendentibus populis vt replerentur humano ſanguine orationum loca. Que res factione Maximini prefecti ſeui hominis ad inuidiam boni ⁊ innocẽtis verſa eſt ſacerdotis: ita vt cauſa clericorum vſq; tormẽta duceret͛. Sed aſſertor innocentie deus affuit ⁊ in caput eorum qui intenderãt dolũ pena conuerſa eſt.

¶ Capitu. xi. Ambroſius ep̃s mediolani effectus eſt ꝓpter vtraſq; populi partes ſibi inuicem contendentes.

INterea defũcto apud mediolanum Auxentio hereticoꝝ ep̃o vtriuſq; ptis ppl̃i diuerſis ſtudĳs ferebant͛ diſſenſio grauis ⁊ periculoſa ſeditio vrbi ꝓpriematuꝝ parabat exitũ: ſi p̃s vtraq; cum diuerſum vellet, nequaq; ꝓpoſuerat obtineret. Ambroſius tũc ↄſulares eiuſdẽ prouincie faces gerebat. His cum perniciẽ ciuitatis videret impẽdere ꝓ loco atq; officio ſuo cõfeſtim eccleſiam ſeditionem ppl̃i nitigaturus ingreditur. Cũq; inibi multa ſecundum leges et publicam diſciplinam pro quiete et tranquillitate peroraſſet:

Iſta habent͛ latius in hiſt. trip. lib. vĳ. ca. vĳ.

pugnantis inter ſe ⁊ diſſidentis populi ſubito clamor et vox vna conſurgit ambroſium epm poſtulantes: baptizari hunc protinus clamabāt. Erat eniz cathecuminus ⁊ ſibi epm dari: nec aliter vnū populū fore atq; vnā fidem ne ambroſius ſibi daret̄ ſacerdos. Obluctante illo ⁊ plurimū reſiſtēte ad imperatorem relatū populi deſideriū omni maturitate iubet̄ impleri. Dei effi cit eſſe q' diſcordantē populi fidem et animos diſſidentes conuerſio ſubita in vnū conſenſum atq; in vnam ſententiā reuocarit. Morq; dei gratiā cōſecutus ⁊ initiatus ſacris ⁊ ſacerdos effectus eſt.

¶ Cap. xij. De valentiniani morte apud illiricum.

Idē in hiſto. tripti. ca. xi. i pnnci.

Interea cū ad bellū ſarmaticuz valētinian' de gallie partibus veniſſet. Illiricum ibi vix dum cepto bello egritudine ſubita oppreſſus diem obijt relictis hereditas in imperio filijs gratiano auguſto valētianoq; admodū paruulo et nondū regis inſignib' initiato. Quē tn̄ neceſſitas eoꝝ qui tā̄q̄ vacuū imperij locū conabant̄ inuadere cōpulit etiā abſente fratre purpura indui: pbo tūc prefecto fideliter regnū gerente.

¶ Cap. xiij. de gothoꝝ p tracias irruptiōe ⁊ valētis nece deq; bonis initijs gratiani.

Per idez tēpus in oriētis regno gothorum gēs ſedib' ſuis pulſa per oēs ſe tracias infudit: armiſq; vrbes ⁊ agros vaſtare feraliter cepit. Tūc ꝑo valētis bella q̄ eccleſijs inferebat in hoſtē cepta conuerti ſeraq; pnia epos ⁊ pſbyteros relaxari exilijs ac de metallis reſolui monachos iubet: ipſe tn̄ ab hoſtib' circūuētus in pdio quo ex bello trepid' confugerat ipietatis ſue penas igni exuſtus dedit annis in iperio cū fratre primo ⁊ poſt cū fratris filijs quatuordecim pariter exactis. Que pugna initiū mali romano imperio tunc ⁊ deinceps fuit. Igitur gratianus cū fratre admodum paruulo poſt patrui necez oriētis quoq; ſuſcepit imperiuz. Is pietate ⁊ religione oēs pene qui ante fuerāt principes ſuperabat. Uſu armoꝝ ſtrēnuus velox corpe ⁊ ingenio bon' erat: ſz iuuenili exultatione plus fere letus q̄ ſufficiebat ⁊ plus verecūdus q̄ rei publice intererat.

de his i hiſto. tri. lib. viij.

¶ Ca. xiiij. quo impator gratian' theodoſiū imperij pticipē fecit ⁊ poſt multa fortiter geſta maximi tyrāni inſidijs ſuccubuit.

Uidiq; vidēs vtilē virū annis maturū i tātis regni curis voluit hr̄e pticipē: q2 vt ſermo diuin' monet melius duo q̄ vn' ꝯſortē aſſiſcit theodoſiū: eiq; oriētis ꝓcuratiōe ꝑmiſſa partes ſibi ac fratri occiduas reſeruauit. Uerū is poſt q̄ multa religioſe ac fortiter geſſit a maximo tyrāno apd britānias exorto p andragatiū ducē Lugduni ſuoꝝ magis ꝓditiōi q̄ vi hoſtium peremptus eſt.

Idē in hiſto. trip. li. ix. cap. xxj.

¶ Ca. xv. de valētiniano puero ac matre ei' iuſtina q̄ eccleſias pturbare conabat̄ cui reſiſtebat ſanctus Ambro.

Et valentinian' in italia degēs fratris nece atq; hoſtis metu pterritus ſimulatiōe ablatā pacez a maximo ſimulās ipſe q̄z libenter amplectit̄. Cū interiz iuſtina mater

Horuz meminit hiſto. tri. li. ix. c. xx. C.

eiuſdē arriane hereſeos alūna
impietatis ſue venena q̄ viuēte
viro ſuppreſſerat filio facile de=
cepto fidenter aperuit. Igitur
apud mediolanū poſita ↄturba=
re eccl̃iarū ſtatū cōminari ſacer
dotib⁹ depuſilonis exilia niſi ari
minēſis cōcilij decreta qb⁹ fides
patrū temerata fuerat reuoca=
rēt. Quo bello eccl̃ie murū ꝛ tur=
rē validiſſimā pulſabat ambro=
ſiū. Cūqꝫ minis terrorib⁹ atqꝫ ol
oppugnatiōis gñe fatigans pri
mū ſibi aditū debellande rima=
bat̃ eccl̃ie. Sꝫ q̄uis illa zezabel
ſpū pugnaret armata reſiſtebat
tñ ābroſi⁹ helye ꝟtute replet⁹ ꝛ
grā iþa āt·i eccl̃ijs garrit̃ ſtrepe
alare ꝛ inflāmare ad diſcordiā
pplos: ſꝫ qꝫ min⁹ res ex ſnīa cede
ret iniuriā putare et ꝑ hoc apð
filiū cōqueri. Uñ adoleſcētulus
ꝑ cōtumelie inuidia quā falſo cō
flauerat mr̃ accēſus armatorū
globū ad eccleſiā mittit cōfringi
ianuas oppugnare ſctā ſacerdo
tē ꝑtrahi atqꝫ in exiliū agi proti
nus iubet. Sꝫ tāta fuit pſeuerā=
tia fideliū populoꝝ vt aīas pri⁹
amittere q̄ꝫ epm̄ mallent.

¶ Cap. xvj. De cōſtātia beniuoli q̄ renuit adimplere inceptū regine ac defenſione beati ambroſij aduerſus iuſtinam reginam.

Idē in hiſt. tri pert. li. ix. c. xx.

Interim di
ctāda aduerſum fidē
patrū imperialia de=
creta mandant̃ beni=
uolo tūc memorie ſcrinijs preſidē
ti. Sed ille cui ab incunabulis ſa
cra fides: ꝛ venerabilis fuit ab=
negat ſe impia poſſe verba ꝓfer
re ꝛ cōtra deū loq̄. Tum vero ne
inceptū regine fruſtrari videre=
tur celſior ei honor ꝓmittitur ſi
impleret iniuncta: ille q̄ nobilior
in fide eſſe q̄ꝫ in honoribus cupe
ret: q̄d mihi ait ꝑ impietat̃ mer
cede altiorē ꝓmittitis gradum

tū mihi ↄſciētia fidei duret illeſa. Hoc di=
cens añ pedes ſcipientiū cingulū iecit.
Ambroſius vero aduerſum regine furo
rē nō ſe manu defendebat aut telo: ſꝫ ie=
iunijs cōtinuiſqꝫ vigilijs ſub altari poti⁹
per obſecrationes defenſorē ſibi atqꝫ ec=
cleſie deū parabat. Cūqꝫ hoc in longū di
uerſis machinis ꝛ oppugnationibus ne
quā iuſtina molirer̃. Maximus qui ſe ex
vetere tyrāni infamia legitimū pricipē
geſtiret oſtēdere datis lr̃is impium ꝑte
ſtat̃ inceptū fidē dei impugnari: ꝛ ſtatu=
ta catholice eccl̃ie ſubrui: ꝛ inter hec ap
propinq̄re italiā cepit. Quo iuſtina cōp
to hoſte ſimul atqꝫ impietatis ↄſcia pur
gente in fugam verſa cū filio: exilia q̄ dei
ſacerdotibus parabat prima ſortitur.

¶ Cap. xvij. q̄uo Theodoſius vltus eſt necem Gratiani ꝛ Ualentinianū ad regnum ꝛ fidem reſtituit.

Affuit tñ theo=
doſius ꝑpter regni fidem bo=
nitatiſqꝫ ac beneficiorū gra=
tiani memor: ꝛ vindictam to=
tis viribus oriētis inſurgēs vltus ꝛ ſan
guinem iuſtum. Ualentinianoqꝫ impia
inter hec matre defuncta fidē catholicā
quā ipſa violauerat ꝛ regnū tyrannide
depulſa reſtituit. Atqꝫ ipſe poſtea q̄ꝫ ro=
mā illuſtri triumpho inuectus eſt ad ꝓ=
pria rurſum regna remeauit.

¶ Cap. xviij. de theodoſij cōmiſſo apud theſſalonicēſes ob necē vnius militis et ei⁹ pnia atqꝫ pl̃ch: a lege ab eo ſancita.

Per idez tēpus
ſubreptiōe quadaꝫ demonis
turpis macula religioſo prin
cipi iniecta eſt. Etenī cū apð
theſſalonicam ſeditione exorta quidam
ex militaribus viris impetu fuiſſet popu
li furētis extinctus repētini nuncij atro=
citate ſuccēſus ad ludos circēſes inuita=
ri populum eiqꝫ ex improuiſo circunfun
di milites atqꝫ obtrūcare paſſim q̄ſqꝫ oc
curriſſet gladio iubet et vindictam dari
nō crimini ſed furori. Ob hoc cū a ſacer=
dotib⁹ italie argueret̃ agnouit delictum
[illegible]

Iſta plʼ chre et diffuſe tangũ= tur i hi ſto. tri. lib.ix.c. xxx.per totum.

git. Et in hoc ſibi tp̄s aſcriptum abſqꝫ regali faſtigio patiēter im pleuit. Quibꝰ oibꝰ illud q̄ꝫ mira= bilr adiecit legē ſanxit in poſterꝝ vt ſnie principũ ſup aīaduerſio= nē ꝓlate in diē triceſimũ ab exe cutoribꝰ differrēt. Quo locꝰ mie: vl ſi res retuliſſet pnie nō ꝑiret.

¶ Cap̄. xxix. quō diuīa ꝓuidētia ſpāle munꝰ theodoſio ꝯtulit pro= pter reſtitutionē eccłiaꝝ ꝑ ip̄m in oriente catholicis factam.

Bĳt ad ori entem regreſſus eſt ibiqꝫ vt ab exordio principatus ſui ſum= ma cura ſummoqꝫ ſtudio pulſis hereticis eccłias catholicis de eccłeſiaꝝ reſtōne ꝯſuleret: quo fi des recta abſqꝫ ꝑdicatiōis impe dimēto ꝑficeret. Cōem ſe ꝑbere erga ſacerdotes dei fide religio= ne ⁊ mūificētia cūctꝫ regiū alm exhibere. Acceſſu facilis ⁊ abſqꝫ impiali faſtu ad colloqũ ſe hūili= bꝰ ꝑbere hortatu eiꝰ ⁊ largitiōi= bꝰ eccłie pluribꝰ ī locis ornate ſa tis magnificeqꝫ ꝯſtructe ꝑſtare multa poſcētibꝰ. Sꝫ frequētiꝰ vl= tro offerre idoloꝝ cultꝰ q̄ ꝯſtanti ni inſtōne ⁊ deinceps negligi et deſtrui ceptus fuerat eodē impe rāte collapſus eſt. Pro q̄bꝰ intm̄ deo charꝰ fuit vt ſpāle ei munus ꝯtulerit diuina ꝓuidētia. Etem̄ in Thebaide ptibꝰ mōachū quē dā ioannē noīe ſpū ꝓphetico re pleuit. Cuius monitis atqꝫ r̄ſis pacē retinere an bellum gerere eſſet melius ſciſcitabatur.

¶ Cap̄. xx. de apollinare epiſco= po eiuſqꝫ hereſi que in concilio rome congregato per Dama= ſum papam condemnatur.

Interea a= pud laudiciam ſyrie ante idem tempus Apollinaris epiſco= pus vir ſane in cunctis inſtructꝰ Sed dum contentionis vitio ni= mius agitur ⁊ aduerſum oē q̄d quiſqꝫ dixerat ire obuius dele= ctatur iactatione ingeniĳ male fortis hereſim ex ꝯtentiōe gene= rauit: aſſerens ſolū corpus non etiā aīam a dn̄o in diſpenſatiōe ſuſceptū. In quo cū euidentibus euangelĳ teſtimoniĳs vrgeret q̄= bus ip̄e dn̄s ⁊ ſaluator hr̄e ſe ani mā ꝑfitet ⁊ ponere eā q̄n vult et iterū aſſumere eā quāqꝫ turba= tam ⁊ triſtē dicit eſſe vſqꝫ ad mor tē. Uertit ſe poſt: ⁊ ne ex toto vin ci videret ait eum habuiſſe qui= dem aīam: ſed nō ex ea pte qua rōnabilis eſt: ſꝫ ex ea ſolum quā viuificat corpus. Ad ſupplemen tū ꝟo rationabilis ptis ip̄m ver= bum dei fuiſſe perhibebat. Que aſſertio primo in vrbe roma a Da maſo ⁊ Petro Alexandrino ep̄o concilio congregato tali ſnīa de pulſa eſt vt decernerēt ſi quis fi= lium dei (qui ſicut vere deus ita vere homo fuit) vel humanita= tis aliquid vel deitatis minꝰ di= ceret habuiſſe alienus ab eccłia iudicaret. Que ſentētia et apud Alexandriam confirmata eſt et apud Conſtantinopolim decre= to cōcilĳ ex illo apollinariſte ab eccleſia declināte et epiſcopos ſibi ſue patris ⁊ dogmata ꝓpria eccleſiaſqꝫ defendunt.

Idē in apolli= na. hi= ſto. tri. li. vj. c. xxxvij. A.

¶ Cap̄. xxi. de ep̄oꝝ ſucceſſionibꝰ per diuerſas orientis partes.

Bĳtur in vrbe roma poſt Dama ſum Siricius eccleſie ſuſcepit ſacerdotiū: apd̄ alexādriam ꝟo defuncto pe tro Thimotheꝰ: ⁊ poſt hūc theo philus. In hieroſolymis autem poſt cyrillū Iohēs ap̄licas repa rat ſedes: apud antiochiā vero defuncto Meletio ſubſtituit Fla uianꝰ. Sꝫ q̄ Paulinꝰ adhuc ſup= erat q̄ in catholicoꝝ ſemp ſocie= tate ꝑmāſerat multa ibi iurgia

et multe cõtrouerſie ſepe cõmote nec tamen ſumma veniẽtibus alijs ⁊ alijs obnitentib⁹ ipſiſq; in hoc elemẽtis fere mariſq; fatigatis potuit aliq̃ pacis vllus obtineri modus cum vtiq; fidei iã nulla videret̃ ſubeſſe diſcordia. Hoc idẽ apud Tyrum fuit vbi cũ Diodorus vnus ſane ex antiquis catholicis vir et tentationũ documentis ꝓbatus cũ Athanaſij teſtimonio a confeſſoribus eſſet ep̃s factus moleſtia eius cõtempta alius a Maletij partib⁹ ordinat̃. Sed ⁊ in multis alijs vrbib⁹ orientis hmõi cõfuſiões cõtentio genuit ſacerdotũ. Apud conſtantinopolim vero Necta reus ex pretore vrbano cathecuminus ⁊ nuper baptiſma conſecutus ſacerdotium ſuſcepit.

¶ Cap̃.xxij. De ſeditione paganoꝝ cõtra xp̃ianos apud alexãdriã ꝓpter vetuſtã baſilicã quã epiſcopus ab imperatore impetrauit.

Interea apud alexandriã noui motus ⁊ ꝗ tẽporum fidẽ aduerſus eccl'ias concitantur: ex occaſione huiuſmodi oborti. Baſilica quedam publici operis vetuſta et admodum neglecta fuit. Quam conſtantius imperator donaſſe epiſcopis perfidiam ſuã predicantibus ferebat̃. Que longa incuria nihil validũ preter parietes habebat. Uiſum eſt ep̃o q̃ p idem tp̃s gubernabat eccleſiã hãc ab imperatore depoſcere: vt creſcentibus fideliũ pp̃lis orationũ quoq; creſcerẽt domus. Quãq; cũ acceptã vellet extollere reperta in loco ſunt antra quedã latentia: ⁊ terre defeſſa: latrocinijs ⁊ ſcelerib⁹ magis q̃ cerimonijs apta. Igitur gẽtiles q̃ detegi criminũ ſuoꝝ latebras: ⁊ flagitioꝝ cauernas viderẽt non ferentes opta tot ſeculis mala: ⁊ tenebris obtecta reſerari: velut draconum calice po-

plurimis vulneratis aliquantis etiã interfectis ad templũ quaſi ad arcem quãdã refugiebãt. Quo nõnullos ex chriſtianis captos ſecũ adducẽtes: accẽſis aris imolare cogebãt. Renitẽtes nouis ⁊ exquiſitis ſupplicijs excruciatos necabãt. Alios patibulis affigẽtes alios confractis curib⁹ in ſpeluncas p̃cipitãtes: quas ob ſacrificioꝝ ſanguinẽ ceteraſq; impuritates delubri recipiẽdas vetuſtas curioſa cõſtruxerat. Uerum hec p ſingulos dies primo cũ metu: deinde cũ fiducia et deſperatione gerere: atq; intra templũ clauſi: raptu ⁊ preda viuere. Ad poſtremum graſſantes in ſanguinẽ ciuiũ ducẽ ſceleris ⁊ audacie ſue deligũt Olimpum quẽdã nomine ⁊ habitu ſolo philoſophũ quo anteſignano arcẽ deffenderent ⁊ tyrannidem tenerent. At ij quib⁹ romanarũ legũ cuſtodia: iuriſq; dicẽdi cura permiſſa eſt cognitis que geſta fuerant: turbati atq; pterriti ad tẽplũ cõuolant: cauſas audacie pcõtantur: ⁊ quid ſibi vellet ille concurſus in quo cum tãto ſcelere ante aras ſanguis ciuiũ funderetur inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confuſis et diſſonis vocibus rationẽ facti nullam ſed clamorem reddebant. Miſſis tamen ad eos nuntijs: de romani imperij ptãte de vindicta legum: ⁊ de his que talia ſolerent ſubſequi commonebant. Cunq; loci munitio nihil aduerſum veſana moliẽtes agi niſi vt maiore fineret res geſtas ad Imperatorem fuerunt. Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare q̃ perdere: reſcribit illorum quidem vindictam quos ante aras ſanguis fuſus martyres fecit non eſſe poſcẽdam: in quibus dolorem interitus ſuperauerit gloria meritorum. De cetero vero malorum cauſam radiceſq; diſcordie que pro ſimulachroꝝ defenſione veniebãt penitus debere ſuccidi. Quib⁹ exter

pauor gentilium populos inuadit La=
tebras vnuſquiſqꝫ querere: Anguſtos ſu
gecales rimari aut noſtris ſe latenter
immergere: vt ab omnibus qui aderant
noſceretur dei preſentia populo ſuo au=
daciam tribuente: furorum demonis qui
in illis prius debacchatus fuerat effu=
gatum.

¶ Cap. xxiij. de conſtructione templi
Serapis et eius ſubuerſione: ꝛ vnde
habuit ortum illa ſuperſtitio.

SErapis apud
Alexandriā templum audi
tum: quidē omnibus puto
pleriſqꝫ vero etiam notum
Locus eſt nō natura ſꝫ ma
nu ꝛ ꝯſtructiōe ꝑ centum aut eo amplius
gradus in ſublime ſuſpenſus: quadra=
tis et ingentibus ſpacijs omni ex parte
diſtentus. Cuncta vero quo ad ſummuꝫ
pauimentorum euadatur opere forni=
ceo conſtructa. Que immiſſis deſuper
luminaribus et occultis aditibus inui=
cem in ſemet diſtinctis vſum diuerſis
miniſterijs et clandeſtinis officijs exhi=
bebant. Jam vero in ſuperioribus: extre
ma totius ambitus ſpacia occupant
exedre et paſtoforia: domuſqꝫ in excel=
ſum porrecte in quibus vel editui: vel
ij quos appellabant   id eſt
qui ſe caſtificant commanere ſoliti erāt.
Porticus quoqꝫ poſt hec omnem ambi=
tum quadratis ordinibus diſtincte in=
trinſecus circuibant in medio totius
ſpatij edes erat pretioſis edita colum=
nis: et marmoris ſaxo extrinſecus am=
ple magnificeqꝫ conſtructa. In hac ſimu
lachrū ſerapis ita erat vaſtum: vt dex=
tera vnum parietem alterum leua per=
ſtringeret. Quod monſtrum ex omni=
bus generibus metallorum lignorum=
qꝫ compoſitum ferebatur. Interiores de
lubri parietes Laminis primo aureis
veſtiti. Super has argenteis ad poſtre=
mum ereis habebantur que munimen=
to precioſioribus metallis forent. Erat
etiam quedam ad ſtuporem ammira=
tionemqꝫ videntium: dolis et arte com=
poſita feneſtra perexigua ab ortu ſo=
lis ita aptata vt die qua inſtitutum
fuerat: ſimulachrū ſolis ad ſera=
pem ſalutādum introferri: dili=
genter templi foribus obſeratis
ingrediente ſimulachro radius
ſolis per eandem feneſtram di=
rectꝰ os ꝛ labra ſerapis illuſtra
ret: ita vt inſpectante populo:
oſculo ſalutatꝰ. Serapis vide=
retur a ſole. Erat ꝛ aliud fraudis
genus hmōi. Natura lapis ma
gnes huiꝰ virtutis eſſe perhibe
tur: vt ad ſe rapiat: et attrahat
ferrum. Signum ſolis ad hoc ip
ſum ex ferro ſubtiliſſimo manu
artificis fuerat fabricatuꝫ: vt la
pis (cuius naturam ferrum ad
ſe trahere diximus) deſuꝑ in la
quearibus fixus: cū temperate
ſub ipſo ad librā fuiſſet poſitum
ſimulachrum vt naturali ad ſe
raperet ferrū: aſſurrexiſſe pau=
lulū ſimulachrum et in aere pē=
dere videretur Et ne hoc lapſu
propero proderetᷣ: miniſtri falla
tie: ſurrexit aiebant ſol vt vale di
cens. Serapi diſcedat ad pro=
pria. Sed ꝛ multa alia decipien
di cauſa a veteribus in loco fue=
rant conſtructa que nunc lon=
gum eſt enumerare ꝑ ſingula.
Uerū (vt dicere ceperamus) re= Huius
ſcripto recitato: parati q̄dē no= ſimula=
ſtroꝝ populi ad ſubuertendū er= chri
roris autorem perſuaſio tamen euerſio
quedam ab ipſis gentilibus fue
rat diſperſa: ꝙ ſi humana manꝰ
ſimulachrum illud contigiſſet
terra dehiſcens ilico ſolueretur
in cahos: celumqꝫ repēte ꝓceps.
Que res paululū ſtuporem quē
dam populis dabat. Cum ecce
vnus ex militibus fide quam
armis magis munitꝰ: correptaꝫ Tāgit
bipennē inſurgēs re omni niſu in hiſt.
maxille veteratoris illidit. Cla= tri. libr.
mor attollitᷣ vtrorumqꝫ populo ix. cap.
rū: neqꝫ tamen aut celū ruit aut xxvij. in
terra deſcendit. Inde iterū atqꝫ princi,
iterum repetens putris ligni fu
moſum genium cedit. Quodqꝫ
deiectum igni adhibito tam fa=

cile q̄ lignum aridū conflagrauit. Poſt hec reuulſum ceruicibus et depreſſum modo trahitur caput. Tum pedes aliaqꝫ membra ceſa ſecuribus, et rapta funibus diſtrahuntur: ac per ſingula loca membratim in conſpectu cultricis Alexandrie: ſenex veternoſus exuritur. Ad vltimum truncus qui ſuperfuerat in amphiteatro cōcrematur. Uaneqꝫ ſuperſtitiones et erroris antiqui ac ſerapis hic finis fuit. De cuius origine diuerſa fertur opinio paganorum. Alij iouem putant cuius capiti modius ſuperpoſitus vel quia cū menſura modoqꝫ cuncta indicet moderari: vel vitam mortalibus frugum largitate preberi. Alij virtutem Nili fluminis: cuius egyptus opibus et fecūditate paſcatur. Quidam in honorem noſtri ioſeph formatum perhibēt ſimulachrum ob dimenſionem frumenti qua famis tempore ſubuenit egyptijs. Alij repertum in hiſtorijs grecorum veteribus ferunt apim quendam patrem familias ſeu regem in egypto memphis poſitum cum famis tempore frumenta apud alexandriam defeciſſent: ex proprio affatim ciuibus alimenta prebuiſſe. Quo defuncto in honorem eius inſtituerunt apud memphis templum in quo bos quaſi indicium optimi agricole nutritur: habens quedam coloris inſignia qui ex nomine eius apis appelletur. Soron vero id eſt ſepulchrum in quo corpus eius inerat: alexandriam deduxerunt: ⁊ ſoron apis primo: ex compoſitione Sarapin. Poſt vero per corruptionē Serapin nominatum. Quid verum ſit aut nihil omnino de his deus viderit. Sed ad inceptum redeamus.

¶ Cap. xxiiij. de fraudibꝰ paganorū q̄ in illo tēplo detecte ſunt: quapropter q̄ plurimi vere religionis cultū ãplexi ſunt.

exitu ⁊ ſimili dedecore publicantur. Horret animus dicere qui miſeris mortalibus laquei a demonibꝰ preparati ſunt. Que funera: que ſcelera in illis que dicebantur abdita tegebantur. Quot ibi infantum capita deſecta inauratis labris inuēta ſunt: quot miſerorū cruciabiles mortes depicte. Que cum proderētur in lucem ac ſub auras prolata ferrētur: licet confuſiōe ipſa gentiles ⁊ pudore diffugerent: tn̄ ſi quis adeſſe potuit mirabatur tot ſeculis ſe illis tam nefarijs ⁊ tam pudendis fraudibus irretitum. Unde ⁊ plurimi ex his condemnato errore ⁊ ſcelere deprehenſo: fidem chriſti ⁊ cultum vere religionis amplexi ſunt. Nam vt omittam cetera flagitia: que in alijs locis vi necatis paruulis: deſpicatiſqꝫ ob fibrarum inſpectionem virginibus gerebantur in vnum ſolummodo quod in tēplo ſaturni geri ad omnium venit conſcientiam memorando. Ex quo etiam cetera que omiſimus perpendantur.

¶ Capitulum. xxv. Quomodo detecta eſt fraus cuiuſdam ſacerdotis ſaturni qui tyrannus dicebatur qui arte callida adulteriū in templo cū mulieribus Alexandrie committebat.

SAcerdos erat apud eos ſaturni Tyrannus nomine. Hic quaſi ex reſponſo numinis adorātibus in templo nobilibus quibuſqꝫ ⁊ primarijs viris quorū ſibi matrone ad libidinem placuiſſent: dicebat Saturnum precepiſſe: vt vxor ſua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat: gaudens q̄ vxor ſua dignatione numi-

nis. Erat autē ſimulachrum illud a tergo exceſum: ⁊ parieti diligenter annexū: ardentibuſqꝫ intra edem luminibus intente ſupplicantiqꝫ mulieri vocem ſubito per ſimulachrum eris concaui ꝓferebat: ita vt pauore ⁊ gaudio infelix mulier trepidaret: quod dignam ſe tanti numinis putaret alloquio. Poſtea ꝙ vero q̄ libitum fuerat vel ad conſternationē maiorem: vel ad libidinis incitamētum diſſeruiſſet numen impurum arte quadaꝫ lineolis obductis repente lumina extinguebantur vniuerſa. Tum deſcendens obſtupefacte ⁊ conſternate muliercule adulterij fucum profanis cōmentationibus inferebat. Hec cum per oēs miſeroꝝ matronas multo iā tp̄e gererētur: accidit quandam pudice mentis feminam horruiſſe facinus: ⁊ attentius deſignantem cognouiſſe vocem Tyranni: ac domum regreſſam: viro de fraude ſceleris indicaſſe. Ille de iniuria cōiugis imo potius ſua ardentius inflammatus inſcriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo cōiūcto atqꝫ confeſſo ceteriſqꝫ fraudibus reuelatis pudor oēs: ⁊ dedec⁹ paganorum peruaſerat domos: adulteris matribus: incertis patribus liberis ſpurij deprehenſis. Quibus diuulgatis et proditis raptim cum ſimulachris et edibus excidebantur ⁊ crimina.

¶ Capitulū. xxvj. de initio ſimulachri canopi apud egyptum ⁊ eius deſtructione per theophylum facta.

TAmvero canopi quis enumeret ſupſtitioſa flagitia vbi pretextu ſacerdotalium literarum: (ita etenim appellant antiquas Egyptiorum literas) magice artis erat pene publica ſchola. Quem locuꝫ velut fontem quendam atqꝫ originem demonum intantum venerabantur pagani vt multo ibi maior celebritas ꝙ apud alexandriam haberetur. Sed de huius quoqꝫ mōſtri errore cuiuſmodi originem tradāt abſurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Caldeos ignem deum ſuum circunferentes cum omnium prouinciarum deis habuiſſe conflictum. Quo ſcilicet qui viciſſet: hic eſſe deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij eris aut argenti ve aut ligni vel lapidis: vel ex quacūqꝫ materia conſtabant que per igneꝫ proculdubio corrumperentur. Ex quo fiebat vt ignis locis omnib⁹ obtineret. Hec cum audiſſet Canopi ſacerdos callidum quidā excogitauit: idrie fieri ſolent in egypti partibus fictiles: vndiqꝫ crebris ⁊ minutis admodum foraminib⁹ patule: quibus turbida aqua deſudans defecatior ac purior redditur. Harum ille vnàm cera foraminibus obturatis deſuper etiam varijs coloribus pictam aqua repletam ſtatuit vt deum. Et exciſum veteris ſimulachri quod menelai gubernatoris ferebatur: caput deſuper poſitum diligēter aptauit. Aſſunt poſt hec Caldei. Igitur in conflictum circa idriam ignis accenditur cera qua foramina fuerāt obturata reſoluitur: ſudante idria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Caldeorum victor oſtenditur. Unde ipſum Canopi ſimulachrum pedibus perexiguis attracto collo ⁊ quaſi ſugillato: vētre tumido in modum idrie cum dorſo equaliter tereti formatur: ⁊ ex hac perſuaſione velut deus victor omnium colebatur. Sed profecerint hec fortaſſe aliquando Caldeis. Nunc vero aduentante ſacerdote dei Theophilo: nullus profuit ſudor nec ceris fraus obtecta ſubuenit. Vaſtata ſunt omnia atqꝫ ad ſolum deducta.

¶ Capitulum. xxvij. de eccleſijs martyris que in ydolorum locis conſtructe ſunt.

SEd nihil geſtum eſt quod in ſqualorem verteret locum flagitiorū. Cauerne ac veternoſa buſta deiecta ſunt: ⁊ veri dei templa eccleſieqꝫ conſtructe. Nam ⁊ in Serapis ſepulchro prophanis edibus complanatis ex vno latere martyrium: ex altero conſurgit eccleſia. Occaſio autem martyrū conſtruēdi: vnde data ſit dignum arbitror memorare.

Capit.xxviij. de ſepulchro Joannis violato ⁊ reliquijs eius apud Alexādriā p athanaſiū ſub cauato pariete ſacrarij conſeruatis.

Iuliani tēporibus velut relaxatis frenis: efferbuit in oēm ſeuitiam feritas paganorum. Ex quo accidit vt apud Sebaſtem Paleſtine vrbem ſepulchrum Joannis baptiſte mente rabida ⁊ funeſtis manibus inuaderēt: oſſa diſpergerēt: atq; ea rurſum collecta igni cremarent: et ſanctos cineres pulueri immixtos per agros ⁊ rura diſpergerēt. Sed dei prouidentia factū eſt: quoſdam de hieroſolymis ex monaſterio philippi hominis dei orationis illuc cauſa per idem tēpus veniſſe. Qui cum tantum nefas humanis quidē manibus: ſed ferina mente fieri viderent mori gratius habentes q̄ huiuſcemodi piaculo funeſtari: iter eos q̄ oſſa ad exurēdū legebāt mixti: diligētius inquantum res patiebatur ac religioſius congregantes: furtim ſe vel ſtupentibus vel inſanientibus ſubtraxere: et ad religioſum patrem philippū venerandas reliquias pertulere. Ille ſupra ſe ducens tantum theſaurum proprijs ſeruare vigilijs: ad pontificem maximum tunc Athanaſium hoſtie immaculate reliquias per Julianum dyaconū ſuū poſt etiā paleſtine vrbis epī mittit: quas ille ſuſce=

Idē in hiſt.tri. lib.vi. capit. xx...

monis ſtare delubra potuerunt. Paruū dixerim: ſi omnes q̄ erāt Alexandrie per ſingulas pene columnas cuiuſcunq; demonis edicule inſulte ceciderunt. Sed per cūctas egypti vrbes per caſtella per vicos per omne rus: p ripas fluminis: per heremum quoq; ſiqua fana ſeu potius buſta reperiri poterunt inſtantia vniuſcuiuſq; epiſcopi: obruta et ad ſolum deducta ſunt: ita vt rus denuo culture redderet: qd iniuſte fuerat demonibus deputatum.

Capitulū.xxix. de thoracibus ſerapis apud alexādriā abraſis et ſigno crucis dñice loco eorū reddito propter cuius ſigni admirationē multi conuertebātur ad fidē.

Sed et illud apud Alexādriā geſtū eſt qd ēt thoraces ſerapis q̄ per ſingulas quaſq; domos in parietibus i ingreſſibus et poſtibus etiā ac feneſtris erant ita abſciſi ſunt omnes ⁊ abraſi vt ne veſtigiū quidē vſq; vel nominis appellatio aut ipſius aut cuiuſlibet alterius demonis remaneret. Sed pro his crucē domini lignum vnuſquiſq; in poſtibus: in ingreſſibus in feneſtris: in parietis columniſq; depingeret. Quod cū factū hi q̄ ſuperfuerant ex paganis viderāt in recordationē rei magne ex traditione ſibimet antiq̄tus cōmendate veniſſe phibent. Signum

De his etiā in

geſtarum cōuertebantur ad fi=
dē:ita ſibi ab antiquis traditū:
qđ hec q̄ nūc coluntur tādiu ſta
rēt qūādiu viderent ſignū iſtud
veniſſe in quo eſſet vita. Unde
accidit vt magis hi qui erāt ex
ſacerdotibus vel miniſtris tem
plorum ad fidem conuerterent
q̄ȝ illi quos errorū p̄ſtigia et de=
ceptionū machine delectabant.

¶ Capitulū. xxx. qūo maior fuit inundatio nili poſt ſerapis ſubuerſionem q̄ȝ ante vt oſtenderet deus nō ſerapin ſed ſe q̄ aquas fluminis iubebat excreſcere.

SAne quo=
niam moris erat in
Egypto vt menſura
aſcendētis Nili flu=
minis ad templum Serapis
deferretur velut ad incrementi
aquarum ⁊ inundationis auto
rem. Subuerſo eius ſimulachro
igniq̄ȝ conſumpto omnes ſimul
negabāt ſerapin iniurie memo
rem aquas vltra ⁊ affluentiam
De his aliqđ i hiſt. tri pti. lib. ij. capi. lviij. R
ſolitam largiturū. Sed vt oſten=
deret deus non Serapin q̄ mul
to erat Nilo poſterior: ſed ſe eſſe
qui aquas fluminis temporibꝰ
ſuis iuberet excreſcere tanta ex
eo ⁊ deinceps fuit inūdatio quā=
tā fuiſſe prius etas nulla memi
nerat. Et ideo vlna ipſa: id eſt
aque menſura quā Poechim vo
cant ad aquarum dn̄m in eccle
ſia cepta deferri. Sȝ vbi hec ge=
ſta religioſo principi nunciata
ſunt extentis ad celum palmis
cum ingenti fertur exultatione
dixiſſe gratias tibi xp̄e q̄ abſq̄ȝ
vrbis illiꝰ magna pernicie tam
vetuſtus error extinctus eſt.

¶ Cap̄. xxxi. de valentiniano iuniore q̄ laqueo vitā finiuit.

INterea va
lētinianꝰ i occiduis
partibꝰ animis q̄ȝtū
etas patibatur ardē
tibus rempublicā gerens cau=
ſa etiam nunc latentibus laq̄o
vitam finiuit. Sed hoc quidam
dolo ducis ſui Arbogaſtis factū
confirmabant. Idq̄ȝ q̄ maxime
publica tenebat opinio. Alij a
commiſſo quidem ſcelere ducē
alienū dicebant ſed cauſas pre=
ſtitiſſe quibus in hoc adoleſcēs
animi indignatione cogeretur:
q̄ minus ei tanq̄ȝ per etatē nō=
duȝ valido libera ei indulgeret
imperia. Fuere tamē nonnulli
ſacerdotum qui pacis ab eo q̄
poſt creatus eſt legatione ſuſce
pta immunem eſſe ducē a mor
tis ſcelere apud Theodoſium
teſtarentur.

¶ Capitulū. xxxij. qūo theodoſius egre ferens mortē valentiniani arma contra eugenium corripit.

SEd ipſe
nihilo ſegniꝰ inflā
matus ſe ad vltio
nem arma contra
Eugenium qui in
loco defuncti ſubſtitutus eſt cor=
ripit. Dei primo voluntatem p̄
Ioānē monachuȝ de quo ſupra
memorauimꝰ ſciſcitatus. Tum
ille qui primam de Maximo ei
victoriam predixerat incruen=
tam etiam hanc licet non abſq̄ȝ
plurima vtriuſq̄ȝ ſanguinis inū
datione promittit.

Iſta et que ſequūtur vſq̄ȝ ad finez libri tangūtur i hiſt. tripti. lib. ix. c. xlv.

¶ Capitulū. xxxiij. de apparatu belli ac victoria theodoſij cōtra eugeniū orationibꝰ magis q̄ȝ virtute patrata.

IGitur pre
paratur ad bellum
non tā armorū telo=
rūq̄ȝ q̄ȝ ieiuniorū ora
tionūq̄ȝ ſubſidijs nec tam excu=
biarū vigilijs q̄ȝ obſecrationū p̄=
noctatiōe munitus. Circuibat
cū ſacerdotibꝰ ⁊ populo omnia
orationuȝ loca ante martyrum

⁊ apoſtoloꝝ thecas iacebat cilicio ꝓſtratus ⁊ auxilia ſibi fida ſanctoꝝ interceſſione poſcebat. Ad pagani qui errores ſuos nouis ſemper erroribus animant innouare ſacrificia et Romam funeſtis victimis cruentare. Inſpicere exta pecudum ⁊ ex fibrarum preſcientia ſecuturam Eugenio victoriam nuntiare. Superſtitioſius hoc agente et cū omni animoſitate. Flauiano tunc prefecto cuius aſſertionibus (magna eni erat eius in ſapientia prerogatiua) Eugeniū victorem fore ꝓ certo preſumpſerāt. Sed vbi vere religiōis fretus auxilio theodoſius alpium fauces cepit vrgere primū illi qbus nequicq̄ litate ⁊ fruſtra ſacrificate tot victime de fallacie conſcientia trepidi demones in fugam verſi poſt etiā magiſtri hoꝝ et doctores erroꝝ precipue. Flauianus plꝰ pudoris q̄ ſceleris reus cum potuiſſet euadere eruditus admodum vir mereri ſe mortē pro errore iuſtius quā pro crimine iudicauit. Ceteri vero inſtruunt aciem ⁊ collocatis in ſuperiori iugo inſidijs ipſi pugnā in deſcenſu montis expectant. Uerum vbi ad primos ventū eſt ⁊ ilico ſe legitimo principi tradiderūt: cum ceteris imis vallibus deprehenſis conflictus acerrimus geritur. Stetit aliquādiu anceps victoria: fundebātur auxilia barbarorum et terga iam hoſtibus dabant. Sed fiebat hoc non vt Theodoſius vinceretur: ſed ne per barbaros vincere videretur. Tū ille vt conuerſas ſuoꝝ acies vidit ſtans in edita rupe vnde ⁊ cōſpicere ⁊ conſpici ab vtroq; poſſet exercitu ꝓiectis armis ad ſolita recurrit auxilia. Et proſtratꝰ in cōſpectu dei omnipotēs inquit deus: tu noſti: q: in nomine xp̄i filij tui vltionis iuſte prelia iſta ſuſcepi. Si ſecus in me vindica. Si vero cum cauſa probabili et in te confiſus huc veni: porrige dexte agmina hoſtiū conferta ⁊ cōſtipata perrumpit. Iter per milia ruentiū ad ip̄m tyrannū, ruptis agminibꝰ ⁊ aceruatim fuſis ſtragibus agit vix forte ſſe ab impijs credant que geſta ſunt. Etem̄ ꝯpertum eſt q̄ poſt illā imperatoris precem quā deo fuderat ventus ita vehemens exortus eſt vt tela hoſtiū in eo qui iecerant retorqueret. Cūq; magna vi perſiſtente vento omne iaculū miſſum ab hoſtibus fruſtraretur fracto aduerſarioꝝ aīo: ſeu potius diuinitus depulſo Arbogaſte duce nequaq̄ (deo aduerſo) fortiter faciente. Eugenius ante Theodoſij pedes vinctis poſt terga manibꝰ adducitur. Ibiq; vite eius ⁊ certaminis finis fuit. Tum vero religioſo principi glorioſior victoria de fruſtratis opinionibꝰ paganorum quam de tyranni interitu fuit quibus ſpes vana ⁊ falſa diuina natio minus in interitu contulit pene q̄ pudoris ſeruauit in vita.

¶ Cap. xxxiij. de morte Theodoſij ⁊ ortu archadij: ⁊ honorij liberorum eius.

Umq; poſt hec vt futuroꝝ preſcius imperator diſponēde rei publice ſolicitudine ſtringeret: ad oriētem protinus mittit vbi vēturus ad bellum tuta liberos cuſtodia commēdarat. Ibiq; Archadium Auguſtum regnum ſibi dudum traditum ſeruare precepit. Honotrium vero pari dignatione predictum: ab occidentibus imperium venire ocyus iubet. Quo ſuſcepto ⁊ paternis oſculis amplexibuſq; cōſtricto: traditis occidentalis regni gubernaculis ip̄e romano imperio ꝑ annos. x. ⁊. vij. feliciter gubernato: ad meliora migrauit cū p̄ncipibꝰ pijſſimis ꝑſecutus p̄mia meritoꝝ.

¶ Euſebij Ceſarienſis eccleſiaſtica finit

